GRAMMATICA SYRIACA

AD USUM SCHOLARUM

IUXTA HODIERNAM RATIONEM LINGUAS TRADENDI CONCINNATA

AUCTORE

DOM L. PALACIOS O. S. B.

MONACHO MONTSERRATENSI

IN PONT. ISTITUTO S. ANSELMI DE URBE OLIM PROFESSORE

EDITIO ALTERA A

DOM V. CAMPS O. S. B.

MONACHO MONTSERRATENSI PARATA

DESCLEE & C.

ROMA - PARIGI NEW JORK · TOURNAI (BELGIO)

NIHIL OBSTAT

A. Augustinus M. Vila-Abadal O. S. B.
Cens. Deput.

Quod ad nos attinet, typis mandari potest GRAMMATICA SYRIACA a R. P. Ludovico Palacios, monacho Monasterii nostri, conscripta, et a R. P. Vito Camps, eiusdem Monasterii, aucta.

Montiserrati 21 Martii 1954

D. Aurelius M. Escarré, O. S. B.
Abbas Montiserrati

Nihil obstat quominus imprimatur

Vicentiæ, die 19 Octobris 1954

Petrus De Boni
Cens. Eccl.

IMPRIMATUR

Vicentiæ, die 19 Octobris 1954

Francisscus Snichelotto
Vic. Gen.

Omnia jura proprietatis Auctor sibi reservat.

STAMPATO IN VICENZA PRESSO LA TIPO-LITOGRAFIA PALLADIO
A CURA DELLA LEGATORIA EDITORIALE GIOVANNI OLIVOTTO

PRAEFATIO

Ad magisterium linguarum orientalium in Collegio S. Anselmi de Urbe paucis abhinc annis accersitus, eamdem statim pro tyronibus offendi difficultatem quam ipsemet in Lingua syriaca addiscenda olim deprehenderam, defectum videlicet alicujus Grammaticae hodiernis methodis enucleatae. Non desunt quidem Linguae syriacae Grammaticae; at quae exstant — haud sane multae — vel sermone vernaculo ipsorum auctorum conscriptae sunt, quarum proinde accessus non omnibus facile patet, vel, latino licet sermone exaratae, aetate jam obsoluerunt aut in multis deficientes inveniuntur. Praeterea omnes fere communi incommodo laborant quod methodo tantum theoretica innitantur praximque — scientiae artificem — omnino negligant, unde fit ut tyrones post plures in studio Grammaticae consumptos menses, ad Chrestomathiam accedentes, pondere regularum praeceptorumque obruti, omnis generis difficultatibus praepediantur ac deterreantur. Quod his ultimis decenniis in Lingua hebraica optimo cum successu tentatum est, non erat cur etiam sorori semiticae haud applicaretur.

His rationibus permotus animum et manum admovi ad conficiendam hanc novam Grammaticam in qua et theoriae et praxi aequam partem tribuens, facilis ac planus Linguae syriacae studiosis pararetur aditus, ut jam ab ipsis exordiis familiaritatem cum textu syriaco cumque Lexico adipiscantur et sensim sine sensu difficultates exemplis potius quam regulis ad oculum superare discant. Id in primis prae mente habui ut brevitati simul ac claritati consulerem. Quamobrem totis viribus studui doctrinam uniuscujusque capitis sive Phonologiam sive Morphologiam respicientem brevibus, perspicuis tamen et accuratis, regulis exponere atque contrahere additis

plerumque schematibus quibus ipsa theoria uno obtutu comprehendatur ac facili negotio memoriae mandetur. Sententias ad exercitationes contexendas, quae singulas Lectiones consequuntur ac complent, ex uberrima scriptorum Syrorum messe, deficientibus adhuc pro Libris sacris quoad maximam partem concordantiis, non parvo labore collegi. Ex ipsis sacris litteris utpote sententias morales simplicitate ac concinnitate praeclaras exhibentibus, plena manu excerpsi; deinde inter magnam auctorum Syrorum varietatem locum principem, uti par erat, S. Ephraem tribui. Quae sive in Exercitiis sive in Chrestomathia ex V. Testamento deprompta sunt, ea secundum Bibliam Polyglottam Londinensem transcripsi, inductis hic illic in narrationem cap. XXVIII Lib. I Samuelis emendationibus criticis quas Roediger proponit; ex N. Testamento vero allegata textui novissimae editionis criticae a G. H. Gwilliam curatae (The New Testament in Syriac, London 1905-1920) adamussim consonant. Haud raro tamen sententias sive V. sive. N. Testamenti in ea forma, qua ab orthodoxis scriptoribus Syris citantur, utpote institutis meis aptiora, describere non dubitavi. Quoad punctationem vero textum syriacum systemati in Grammatica propugnato uniformiter aptavi.

Ut autem usus Grammaticae studiosis planior evadat fructusque laboris legatur uberior, lectorem monitum volo circa sequentia:

Non omnes, quae in singulis exercitationibus occurrunt, voces in singulis Vocabulariis eisdem praepositis continentur, sed tantum praecipuae, idque ex industria factum est ut cum unaquaque Lectione nucleus vocabulorum majoris momenti memoriae tradatur nimio onere abjecto, sicque thesaurus ad imum efformetur verborum in Lingua syriaca usitatiorum. Ceteras voces in istis non recensitas in Lexico ad exitum operis adnexo facile reperies.

In Lexico finali vocabula ordine stricte alphabetico digessi, exemplum hac in re secutus Gesenii-Buhl in novissima sua editione Dictionarii hebraici aliorumque recentiorum, subjecto tamen cuique derivato nomini aut verbo stemate proprio quotiescumque derivatio non satis liquebat. Dispositionem vocabulorum juxta ordinem radicum esse quidem magis

scientificam non inficio; at innumeras parat tyronibus difficultates quas nonnisi post aliqualem de verbis deque nominum structura cognitionem datum est superare, ideoque methodum minus pedagogicam, meo judicio, procul dubio constituit.

Voces syriacas singulas fere cum singulis hebraicarum radicibus contuli, respondentem vocem hebraicam, vel, hac deficiente, formam propinquiorem uncinis inclusam objiciens eo consilio ductus ut tyrones, lingua hebraica ut plurimum jam imbuti, validum subsidium per collationem utriusque inveniant sensusque vocabulorum ipsorum facilius innotescat atque tenacius retineatur.

Si haec prae oculis habeas, haud dubito, optime Lector, quin haec nova Grammatica viam tibi facilem ac planam sternat qua ad cognitionem nobilissimae Linguae syriacae alacri animo pervenies. Litteris namque Syriacis quantus debeatur honor non est cur dicam. Plus enim quam ducenti scriptores, inter quos eminet S. Ephraem, a saeculo quarto ad saeculum usque quartum decimum opera syriace ediderunt, ita ut eorum scripta, fatentibus omnibus, unum ex praecipuis fontibus constituant pro historia Ecclesiae Orientalis. Sed et ea quae in dies in lucem eduntur Syrorum opera tanti sunt momenti, ut " vix eruditi nomen prae se ferre valeat, qui ea primoribus saltem labris non attigerit " (J. Brun).

Superest ut grati animi sensus proferam carissimis confratribus R. P. D. Materno Wolf ex Abbatia Lacensi, qui manuscriptum benigne legere voluit suisque animadversionibus me munivit ac Fr. Carolo Gross, Ettalensi, qui in plagulis castigandis — labor sane improbus — manum validam mihi porrexit.

Scribebam Romae in Collegio Internationali
S. Anselmi, die festo S. Ephraem Doctoris 1931.

AUCTOR

IN NOVAM EDITIONEM PRAEFATIO

Huius Grammaticae prima editio (1931), prout erat opus ad usum scholarum aptum et utile, brevi exhausta est. Clarus Auctor, post editam *Grammaticam Aramaico-Biblicam*, Syntaxim, quam II vol. *Grammaticae Syriacae* destinaverat, fere iam absolverat. In Hispaniam tamen anno 1936 profectus, perturbationes rei publicae tunc temporis ibi offendit, atque rursus vincula passus, tandem pro confessione nominis Christi necatus est.

Aliquot vero post annos, multorum precibus annuens, imperfectum opus iterum in lucem edere aggressus sum. At consilium auctoris reliqui, qui opus in duo distributum volumina dare in lucem sibi proposuerat. Cum vero Syntaxis ab Auctore quidem exarata, nimis ad usum scholarum videbatur diffusa, consilio peritorum fultus, manuscriptum Auctoris, quod iam transcripseram et passim emendaveram, in compendium redigere malui. Plura omisi minus necessaria, quaedam magis compendiose scripsi, paucissima vero subiunxi aut certe mutavi. Praeterea themata ad sese exercendum in hac parte non adieci. Mihi enim visum fuit sat tyronibus esse, si tantum per Chrestomathiam Syntaxi operam darent.

Ceterum, partem iam editam Auctor ipse fere emendatam reliquit. Nonnulla tamen quae in Syntaxi locum suum aptius obtinere videbantur, vestigia Auctoris sequens, de meo in Morphologia omittenda duxi.

Item, morem gerens Auctori, cui fuerat in votis Chrestomathiam in II vol. aliis amplificare scriptis, optima quaequae selegeram Syrorum auctorum, variis scripturae typis edenda. Dein vocalium puncta faciliora gradatim omiseram, ut litterarum alumni lectioni, vocalibus demtis, sese in dies assuefacerent. Quae quidem accessio nostri florilegii excrevisset

molem, auctoresque facile conduplicaret, Lexicon quoque longe locupletior evasisset. Verumtamen dificultas edendi rei pretium magis augebat, quam ut nostri discipuli opusculum sibi acquirere possent. Et hoc potissimum fuit in causa, ut in hac editione eadem ac in prima Chrestomathia prodiret. Hac quoque de causa, nonnulla quae in Morphologia ac in Lexico accuratius retractari poterant mutare non ausi. Nam omnium commodo consulens, utque omnium captui nostrum opus aptarem, *anastatice* in lucem proferri constitui. Nihilo tamen minus, illum quantum fieri potuit emendare placuit, adeo ut, quisquis hanc editionem cum superiore contulerit, perspicuum sit nos in hac parte plus quam haec procudendi ratio sinit praestitisse.

Tum demum, ut par est, liceat mihi debitas solvere grates omnibus linguae Syriacae mei monasterii studiosis, iis praesertim qui in hac editione ornanda atque corrigenda maximo mihi adiumento fuere.

Monteserrato, 10 februarii a. D. 1954.

Vitus M. Camps
Monachus Montisserrati

INDEX

Pag.

PRAEFATIONES V

LITTERATURA XV

I. PHONOLOGIA.

CAPUT I. — De lectione ac orthographia syriaca.

LECTIO 1. De alphabeto syriaco 2
» 2. De vocalibus per litteras semivocales repraesentatis . . 7
» 3. De vocalibus quae per puncta significantur 8
» 4. De vocalibus quae per litteras graecas designantur . . . 10
» 5. De semivocalium relatione ad vocales 12
» 6. De signis quae *Rukôḥô* et *Qušôiô* vocantur 14
» 7. De signis *Siôme*, *Mvaṭlônô* et *Marhṭônô* dictis 16
» 8. De accentu tonico ac de interpunctionis signis 17

CAPUT II. — De consonantium et vocalium proprietatibus.

LECTIO 9. De gutturalium proprietatibus 19
» 10. De labialibus, dentalibus et liquidis 20
» 11. De mutationibus semivocalium 22
» 12. De geminatione consonantium 23
» 13. De syllabarum divisione 24
» 14. De vocalium qualitate respectu syllabarum. 25
» 15. De vocalium mutationibus 26
» 16. De vocalium elisione ac de ortu novarum syllabarum . . 28

II. MORPHOLOGIA.

CAPUT I. — De Nominibus eorumque praefixis.

LECTIO 17. De Nomine in genere 31
» 18. De genere Nominum 32

Pag.

LECTIO 19. De statu absoluto 34
» 20. De statu ęmphatico 36
» 21. De quibusdam nominibus quae plurale emphaticum peculiariter efformant 37
» 22. De statu constructo 39
» 23. De Adjectivis deque comparationis gradibus 42
» 24. De particulis ܒ, ܕ, ܘ, ܠ et ܡܢ 45

CAPUT II. — De Pronominibus.

LECTIO 25. De Pronomine personali 47
» 26. De Pronominis personalis forma enclitica 49
» 27. De Pronomine personali suffixo. 52
» 28. De Pronomine demonstrativo 57
» 29. De Pronomine interrogativo 59
» 30. De Pronomine relativo. 61
» 31. De Pronomine possessivo separato 62
» 32. De Verbo substantivo *(Appendix)* 64

CAPUT III. — De Verbis.

I) *De Verbo in genere.*

LECTIO 33. De temporibus, modis ac conjugationibus 67
» 34. De formatione Conjugationum earumque valore 68
» 35. De distinctione ac flexione verborum. 70

II) *De Verbo regulari.*

LECTIO 36. De flexione verbi regularis- Perfectum 72
» 37. De Imperfecto. 75
» 38. De Imperativo. 78
» 39. De Infinitivo 80
» 40. De Participio 82
» 41. De Verbo regulari aucto suffixis 84

III) *De Verbis semi-irregularibus.*

LECTIO 42. De verbis gutturalibus — *Verba valde usitata.* 88

IV) *De Verbis infirmis seu irregularibus.*

LECTIO 43. Verba ܦ"ܐ. *Verba valde usitata* 91
» 44. Verba ܦ"ܢ. *Verba valde usitata* 93

Pag.

LECTIO 45. Verba ܦ"ܢ. *Verba valde usitata* 96
» 46. Verba ܥ"ܐ. *Verba valde usitata* 98
» 47. Verba ܥ"ܘ. *Verba valde usitata* 101
» 48. Verba ܥ"ܥ. *Verba valde usitata* 104
» 49. Verba ܠ"ܐ. *Flexio verborum* ܠ"ܐ 106
» 50. Verba ܠ"ܝ. *Verba* ܠ"ܐ *cum suffixis — Verba valde usitata* 109
» 51. Verba multipliciter irregularia. *Flexio* ܐܬܐ, ܗܘܐ *et* ܚܝܐ. — *Alia hujuscemodi verba valde usitata* 112
» 52. De Verbis plurilitteris. *Praecipua verba plurilittera* . . . 116
» 53. Verba defectiva et anomala 119

CAPUT IV. — **De Nominum derivatione ac classificatione.**

I) *De Nominibus masculinis.*

LECTIO 54. De masculinis cum tribus radicalibus sanis. 122
» 55. De masculinis cum tertia radicali infirma 126
» 56. De masculinis quae secundam radicalem (implicite) reduplicant 128
» 57. De masculinis quae praeformativis augentur 130
» 58. De masculinis quae afformativis augmentantur 133

II) *De Nominibus femininis.*

LECTIO 59. De terminatione emphatica femininorum. 135
» 60. De femininis cum tribus radicalibus sanis 136
» 61. De femininis cum tertia radicale infirma 139
» 62. De femininis quae secundam radicalem (implicite) reduplicant. 141
» 63. De femininis quae praeformativis augentur. 143
» 64. De femininis quae afformativis augmentantur 145

III) *De Nominibus anomalis ac numeralibus.*

LECTIO 65. De nominibus plurilitteris cum masculinis tum femininis. 147
» 66. Nomina irregularia et defectiva. 150
» 67. Numeri cardinales 154
» 68. Numeri ordinales. 158

CAPUT V. — **De particulis.**

Pag.

LECTIO 69. De Praepositionibus. 161
» 70. De Adverbiis. *Catalogus praecipuorum adverbiorum* . . 164
» 71. De Conjunctionibus. *Catalogus praecipuorum conjunctionum* 167
» 72. De Interjectionibus. *Interjectiones usitatiores* 169

III. SYNTAXIS

CAPUT I. — **De singulis orationis partibus.**

I) *De syntaxi nominis.*

LECTIO 73. De statu absoluto et emphatico. 172
» 74. De genitivo et statu constructo. 173
» 75. De adjectivi ad substantivum relatione, et de appositione. 174
» 76. De numeralibus 174
» 77. De vocibus ܟܠ et ܡܕܡ 175

II) *De syntaxi pronominis.*

LECTIO 78. De pronomine personali et demonstrativo 176
» 79. De pronomine possessivo separato et de relativo . . . 177

III) *De verborum temporibus, modis ac regimine.*

LECTIO 80. De Perfecto. 178
» 81. De Imperfecto. 179
» 82. De Participio 180
» 83. De Imperativo et Infinitivo 182
» 84. De rectione verborum 183
» 85. De verbo ܗܘܐ. 184
» 86. De usu ܐܝܬ et ܠܝܬ 185

CAPUT II. — **De propositionibus.**

I) *De propositione simplici.*

LECTIO 87. De propositione nominali et verbali 187
» 88. De convenientia praedicatum inter et subjectum, et de ordine membrorum in oratione 188
» 89. De propositione negativa ac interrogativa directa . . . 190

II) *De propositionibus compositis.*

		Pag.
LECTIO	90. De propositione copulativa	191
»	91. De propositione relativa	193
»	92. De propositione subordinata per conjunctionem ܕ	194
»	93. De propositione conditionali	196
»	94. De propositione interrogativa indirecta	197

Paradigmata Verborum 199

Chrestomathia 222

Lexicon 235

LITTERATURA.

Inter recentiores, quae editae sunt, Linguae syriacae Grammaticas consuli possunt praesertim :

TH. NOELDEKE: Kurzgefaßte Syrische Grammatik, 2. Aufl. — Leipzig (1898). Opus summum, magna arte et industria elaboratum, ac minutissima quaeque lucido ordine describens, quod magistris proinde non parum commendatur.

R. DUVAL: Traité de Grammaire Syriaque. — Paris (1881). Opus item egregium sive abundantia materiae sive soliditate tractationis quibus preest stylus facilis ac nitidus ordo.

C. J. DAVID: Grammatica aramaica seu Syriaca. — Mossoul (1896). Stylo nimis diffuso conscripta, praeceptis scientificis hodiernis haud semper insistit ; multa tamen ac utilia continet ex profunda Linguarum affinium collatione deducta.

A. MINGANA: Grammaire complète et pratique des deux dialectes syriaques. — Mossoul (1905). Opus magni valoris didactici, structuram linguae dilucide perstringit.

C. BROCKELMANN: Syrische Grammatik, 3. Aufl. — Berlin (1912). Liber magno apparatu scientifico redactus, theoriis vero philologicis plusquam opus est tyronibus indulgens. ideoque pro schola minus aptus. Excellit amplissima, quam continet, litterarum syriacarum Bibliographia.

H. GISMONDI: Linguae Syriacae Grammatica, Ed. quarta. — Romae (1913). Quoad Phonologiam plane deficiens, praecipua Morphologiae necnon Syntaxeos capita breviter pertractat, quibus adnexa est uberrima Chrestomathia sive auctorum varietate sive documentis eousque ineditis valde commendabilis.

I.

PHONOLOGIA.

CAPUT I.

De lectione ac orthographia syriaca.

Proemium.

1. — Lingua syriaca est sermo litterarius christianorum Syriae Septentrionalis et totius Mesopotamiae, quae ortum habuit in urbe Edessa, quaeque maximum attigit splendorem a III ad VII usque saeculum aerae vulgaris. Disputationes christologicae s. V exortae, scissionem attulerunt inter *Syros Orientales* (Nestorianos) et *Syros Occidentales* (Monophysitas), unde Lingua syriaca paulatim in duas dialectos — orientalem et occidentalem — evoluta est. In hoc opere dialectus Syrorum Occidentalium praeprimis consideratur, discrepantiis tamen quibus ab invicem separantur suis quoque locis adnotatis.

2. — Syriaca Lingua ad ramum aramaicum pertinet qui, una cum assyro-babylonico, cananaeo et arabico, linguarum semiticarum stipitem constituit. Varias dialectos, in quas Lingua aramaica expanditur, sequens ostendit schema:

- Lingua aramaica
  - Occidentalis
    - Palmyrena
    - Nabathaea
    - Biblico-aramaica
    - Aramaico-palaestinensis
    - Hodierna vulgaris
      - samaritanorum
      - vernacula temporis J. Chr.
      - christianorum Melchitarum
  - Orientalis
    - Talmudico-babylonica
    - Mandaea
    - **Syriaca** . . . . . .
      - *orientalis* = Nisibena seu Chaldeorum
      - *occidentalis* = Edessena seu Iacobitarum
    - Hodierna vulgaris

LECTIO 1.

De alphabeto syriaco.

3. — Eodem modo ac in omnibus fere semiticis, scriptura in Lingua syriaca a dextra sinistrorsum decurrit.

4. — Consonantibus tantum constat numero 22 secundum figuram, nomen, pronuntiationem et valorem numericum quae exhibet sequens tabella.

Sertô SEPARATA	*Sertô* CONNEXA praeced.	*Sertô* CONNEXA sequenti	*Sertô* CONNEXA utrinque	*Estrangelô*	*Nestoriana*	Nomen	TRANSCRIPTIO	Pronuntiatio Hebraica	Pronuntiatio Arabica	Pronuntiatio Graeca	Pronuntiatio Latina et vernaculae	Valor numericus
ܐ	ܐ	—	—	ܐ	ܐ	Ôlaph	ʼ	א	ء	ʼ	—	1
ܒ	ܒ	ܒ	ܒ	ܒ	ܒ	Beth	b-v	ב-בּ	ب-	β-	b-v	2
ܓ	ܓ	ܓ	ܓ	ܓ	ܓ	Gômal	g-gh	ג-גּ	غ-	γ-	g [1]-[2]	3
ܕ	ܕ	—	—	ܕ	ܕ	Dôlath	d-dh	ד-דּ	ذ د	δ-	d-th (angl.) [3]	4
ܗ	ܗ	—	—	ܗ	ܗ	He	h	ה	ه	—	h (germ. et angl.) [4]	5
ܘ	ܘ	—	—	ܘ	ܘ	Ṷaṷ	ṷ	ו	و	ου [5]	w (angl.)	6
ܙ	ܙ	—	—	ܙ	ܙ	Zaịin	z	ז	ز	ζ	z (ital.) [6]	7
ܚ	ܚ	ܚ	ܚ	ܚ	ܚ	Ḥeth	ḥ	ח	ح	—	ch (germ.) [7]	8
ܛ	ܛ	ܛ	ܛ	ܛ	ܛ	Ṭeth	ṭ	ט	ط	τ	*emphaticum*	9
ܝ	ܝ	ܝ	ܝ	ܝ	ܝ	Ịodh	ị	י	ي	ι	y (hisp. et angl.) [8]	10
ܟ	ܟ	ܟ	ܟ	ܟ ܟ	ܟ ܟ	Kôph	k-ch	כ-כּ	ك خ	κ-χ	k-j (hisp.) [9]	20
ܠ	ܠ	ܠ	ܠ	ܠ	ܠ	Lômadh	l	ל	ل	λ	l	30
ܡ	ܡ	ܡ	ܡ	ܡ ܡ	ܡ ܡ	Mim	m	מ	م	μ	m	40
ܢ	ܢ	ܢ	ܢ	ܢ ܢ	ܢ ܢ	Nun	n	נ	ن	ν	n	50
ܣ	ܣ	ܣ	ܣ	ܣ	ܣ	Semkath	s	ס	—	σ	s [10]	60
ܥ	ܥ	ܥ	ܥ	ܥ	ܥ	ʽE	ʽ	ע	ع	*ex audita addiscendum*		70
ܦ	ܦ	ܦ	ܦ	ܦ	ܦ	Pe	p-ph	פ-פּ	ف-	π-φ	p-ph	80
ܨ	ܨ	—	—	ܨ	ܨ	Ṣôdhe	ṣ	צ	ص	ς	*emphaticum*	90
ܩ	ܩ	ܩ	ܩ	ܩ	ܩ	Qoph	q	ק	ق	—	—	100
ܪ	ܪ	—	—	ܪ	ܪ	Reš	r	ר	ر	ρ	r	200
ܫ	ܫ	ܫ	ܫ	ܫ	ܫ	Šin	š	ש	ش	—	ch (gall.) [11]	300
ܬ	ܬ	—	—	ܬ	ܬ	Taṷ	t-th	ת-תּ	ت ث	τ-ϑ	t-z (hisp.)	400

[1] semper suave, ut in syllabis *ga, go, gu.* — [2] sonus deficiens, ut غ arabicum = *g* gutturale asperum. — [3] dulce, ut in *father.* — [4] et *h* gall. asp., ut in *héros.* — [5] approximative. — [6] dulce, ut in *zelo.* — [7] approximative. — [8] et *j* germanicum. — [9] et *ch* germ. apud Helvetios. — [10] semper durum, ut in *assare.* — [11] et *sh* angl.; *sch* germ.; *sc* ital. ante *e* et *i*, ut in *scemo, scirocco.*

Adnotanda.

A) Quoad litterarum figuram.

5. — Scriptura omnium antiquissima apud Syros usitata fuit sic dicta *Estrangelô* (*στρογγύλη*).

Ab ea progressu temporis derivatae sunt aliae duae formae: *scriptura Nestorianorum*, a Syris Orientalibus adhibita (=Chaldeis) et *scriptura Ṣertô* communiter appellata, quae in usu invenitur apud Syros Occidentales (Iacobitas non unitos — Iacobitas unitos — Maronitas). Hac altera scriptura libri, typis in Europa mandati, praesertim evulgati sunt, quae proinde a grammaticis fere exclusive usurpatur.

6. — Syriacae litterae, non secus ac characteres hebraici, in majusculas et minusculas[1] non distinguuntur. Ab istis tamen differunt eo quod formam cursivam prae se ferant, id est, quod inter se conjunctae plerumque scribantur. — Uti ex tabella apparet, singulae alphabeti litterae necti possunt cum praecedenti; omnes quoque sequentibus adnecti queunt, exceptis ܐ, ܕ, ܗ, ܘ, ܙ, ܨ, ܪ, ܬ, quae cum praecedentibus tantum, numquam vero cum sequentibus colligantur.

7. — ܐ si litteram ܠ, ܠ disjuncta praecedat, apud nonnullos ܠ, ܠ scribitur; si vero ipsam sequatur, inclinationem litterae ܠ tollit hoc modo: ܠܐ. Pro ܐܠ nonnumquam invenitur forma ܠܐ.

8. — Probe distinguantur consonantes quoad figuram valde similes: ܒ et ܟ; ܐ et ܙ; ܠ et ܥ; ܠ et ܢ; ܕ et ܪ; ܘ et ܩ; ܝ et ܢ.

9. — Litterae adhibentur etiam, eadem ratione ac in Lingua hebraica, ad numeros designandos, ut videre est in tabella.

B) Quoad pronuntiationem.

10. — Consonantes alphabeti syriaci apprime conveniunt in pronuntiatione cum respectivis litteris tum hebraicis tum arabicis[2].

[1] In titulis tum libris tum capitibus appositis communiter usurpatur scriptura Estrangelô.

[2] Aequipollentia ܥ syriaci et ع arab. non semper stricte observatur. Ita in dialectis Mandaita et Neo-syriaca sonus ejus cum ܐ plane confunditur.

Earum prolatio relate ad linguas vernaculas occidentales ex tabella satis jam liquet. Litterae ܐ, ܚ, ܛ, ܨ, ܥ, ܩ, nullam in ipsis habent aequivalentiam:

a) ܐ initio vocabuli respondet spiritui leni graecorum, exprimens conatum vocis in prolatione vocalium initialium. In medio vocabuli, nisi sit littera quiescens, effertur abrupta quadam vocis intermissione post emissionem soni praecedentis. Ipsius tamen pronuntiatio in dialecto occidentali omnino negligitur.

b) ܚ fit perfricatione halitus contra laringem, guttur energico modo comprimendo. Ejus sonus similis est ܗ, sed fortissime aspiratus[1].

c) ܛ sonum habet *t*, cum emphasi prolatum, concavitatem scilicet efformando in medio linguae.

d) ܨ est sonus emphaticus litterae ܣ, qui emittitur quadam ipsius amplificatione seu exaggeratione.

e) ܥ difficillimam omnium praebet pronuntiationem, quae vix nisi ex auditu apprehendi valet. Profertur fortissima articulatione gutturali, halitum in faucibus praefocando et violenter expellendo per gutturis compressionem.

f) ܩ refert sonum *q* durioris, ab imo gutture prolati, absque ulla tamen perfricatione.

11. — Sex litterae ܒ, ܓ, ܕ, ܟ, ܦ, ܬ (voce memoriali *b^e^gadhk^e^phath* comprehensae) duplici pronuntiatione — altera tenui, altera aspirata — donantur, juxta regulas inferius tradendas (Lect. 6).

12. — Consonantes, juxta organum vocis quo proferuntur, dividi possunt in:

a) gutturales ܐ ܗ ܚ ܥ
b) labiales ܒ ܘ ܡ ܦ
c) dentales ܕ ܙ ܣ ܨ ܫ ܬ
d) linguales ܛ ܝ ܠ ܢ ܪ
e) palatales ܓ ܝ ܟ ܩ
f) aspirabiles ܒ ܓ ܕ ܟ ܦ ܬ
g) semivocales ܐ ܘ ܝ

[1] Syri Orientales eam ut خ arab. pronuntiant.

EXERCITIUM.

Litterae nominentur indicando simul earum qualitatem.

ܐ ܙ ܘ ܕ ܣ ܪ ܠ ܒ ܢ ܦ ܗ ܒ ܝ

ܬ ܐ ܝ ܝ ܘ ܦ ܩ ܢ . ܚ ܠ ܟ ܡ

ܚ ܛ ܝ ܓ ܘ ܩ ܣ ܒ ܒ

ܠ ܠܠ ܡܝ ܦܒ ܟܒ ܡܘ ܟܕ ܢ ܟܗ ܠܐ ܟܬ

ܝ ܚ ܡܘ ܟܕ ܛܡ ܦܪ ܟܙ

ܓܒܝ ܛܚ ܚܪ ܟܟܝ ܐܟ ܦܪܐ ܡܘܡܝ ܢܩܠܠ ܡܫܡ ܡܫܡ

ܡܝ ܡܣܪ ܙܟܦ ܗܘܐ ܘܠܐ ܙܒܢ ܚܙܪ ܛܒܝ ܦܬܟ ܠܟܡܛ ܠܟܠܠ

ܓܝܣܪ ܐܝܟ ܡܫܡܪ ܦܬܘܬ ܠܟܡܟܬ ܠܟܘܡܟܠܠ ܡܫܟܢܬ ܡܟܟܢܬ ܐܝ

LECTIO 2.

De vocalibus per litteras semivocales repraesentatis.

13. — Scriptura syriaca, pari modo ac hebraica et arabica, solis consonantibus primitus constabat. At jampridem usus invaluit exprimendi quasdam vocales, praesertim vocales productas, per consonantes affines quae **semivocales** dicuntur. Ratione officii, quatenus veram lectionem indicabant, appellatae sunt etiam **matres lectionis**. Itaque:

a) ܐ in fine vocis vocales productas *ō, ē, ī*; in medio vero *ī* pariter productam designat: ܫܡܐ „*šmō*" *nomen*; ܢܫܐ „*nešē*" *mulieres*; ܢܐ „*nī*" *quaeso*; ܦܐܪܐ „*pīro*" *fructus*.

N. B. — ܐ=*ō* apud Syr.-Orientales sonum medium inter *a* et *o* adhuc nostris diebus refert. Similiter ܐ=*ī*, tum finalis tum media, ab ipsis *e* pronuntiatur: ܫܡܐ=*šmą* (non *šmā* neque *šmō*); ܢܐ *nē*; ܦܐܪܐ *pērą*.

b) littera ܝ:

α) in fine vocis *ī* longam; in medio autem *ē* aut *ī* productas significat: ܒܝ „*bī*" *in me*; ܪܝܫ „*rīš*" *caput*; ܕܝܢ „*dēn*" *vero*.

β) *ī* vocabulorum media etiam ܐܝ exprimi potest: ܟܝܢ vel ܟܐܝܢ „*kīn*" *rectus*. In syllabis vero apertis (56) non raro absque semivocali relinquitur: ܡܣܟܢܐ „*meskīnō*" *pauper*.

γ) *ĭ* brevis adhuc per ܝ exceptionaliter notatur: ܓܝܣܪܐ „*gĭsrō*" *pons*.

δ) vocalis *i* et semivocalis ܝ, vim habens consonantis, in eadem voce simul occurentes, simplici ܝ significantur: ܢܒܝܐ „*nbījō*" *propheta*.

c) ܘ ad vocales *o, u,* sive productas sive breves indicandas, tum in fine, tum in medio vocabulorum semper adhibebatur: ܗܘ „*hū*" *ille*; ܐܘ „*ō*" *oh*; ܢܩܘܡ „*nqūm*" *surget*; ܢܩܛܘܠ „*nĕqṭul*" *occidet*.

Exceptio: Duae voces usu frequentiores ܟܘܠ „*kŭl*" *omnis* et ܡܛܘܠ „*meṭŭl*" *propter*, olim saepe, posterius vero semper absque matre lectionis scriptae inveniuntur: ܟܠ et ܡܛܠ.

d) diphthongi *ai*, *ąi* per ܝ; *au* per ܘ; *eu, iu* vero per ܝܘ indicantur.

14. — *Adnot.* — In vocibus graecis aliisque linguae syriacae alienis vocales communiter redduntur:

a) *a* sive initialis sive finalis semper, media vero saepe, per ܐ: *ἀηδῶν* = ܐܐܕܘܢ; *δόγματα* = ܕܘܓܡܐܛܐ vel ܕܘܓܡܛܐ.

b) *i*, nonnumquam etiam *υ*, per ܝ: *πίστις* = ܦܝܣܛܝܣ; *πῦρ* = ܦܝܪ.

c) *e* et crebro *ei*, *ai*, per ܗ: *κέρας* = ܩܗܪܐܣ; *πορεία* = ܦܘܪܗܐ.

d) *o* saepius per ܘ, saepe tamen nullo signo donatur: *φιλόσοφος* = ܦܝܠܘܣܘܦܐ vel ܦܝܠܣܘܦܐ.

EXERCITIUM.

Transcribantur characteribus syriacis nomina litterarum alphabeti simul cum vocabulis sequentibus.

brō (brą), rvō (rvą), lī, rmē, hū, dhū, bīš, pīšo (pēsą), bīrō (bērą), dēn, šlē, sūm, nsūm, šīrō (šērą), 'ō, kūl, 'īn, nī (nē), qūmū, nvīio (nvīią), kīn, lhūn, kulhūn, glē, glīn, būzūn, būzēn.

LECTIO 3.

De vocalibus quae per puncta significantur.

15. — Cum systema semivocalium minime sufficeret ad ambiguitatem pronuntiationis tollendam, mos invaluit, saltem a s. V p. Chr., quaedam vocabula homogenea alia ab aliis puncto sive superno sive inferno distinguendi. Ita scriptum est: ܗܘ̇ *hau* (ipse) et ܗ̣ܘ *hu* (ille); ܡܠܟܐ *malkō* (rex) et ܡܠܟܐ *melkō* (consilium), etc.[1]

[1] **Horum punctorum usus non unus est apud omnes. Praecipua, quae formas verbales et pronomina respiciunt, suo loco notantur.**

16. — Hinc paulatim decursu temporis integrum exortum est apud Syros Orientales systema ad quinque vocales designandas, prout sequitur[1]:

Figura	Nomen	Valor	Situs	Pronuntiatio
÷	ܦܬܚܐ *Pthąhą*	*ă* (breve[2])	ܒܲ	*bă*
∸ (vel ⁖)	ܙܩܦܐ *Zqąphą*	*ą* (productum)	ܒܵ	*bą*[3]
‥	ܪܒܨܐ ܐܪܝܟܐ *Rvąsą arrichą*[4]	*ĕ, ĭ* (brevia)	ܒܸ	*bĕ, bĭ*
∵ (vel ⁖)	ܪܒܨܐ ܟܪܝܐ *Rvąsą qąrią*[5]	*ē* (productum)	ܒܹ	*bē*
ܝ݂ (vel ܝܼ)	ܚܒܨܐ *Ḥvąsą*	*ī* (productum)	ܒܝܼ	*bī*
ܘܿ	ܥܨܨܐ ܪܘܝܚܐ *'Ṣąṣą ruihą*[6]	*ŏ, ō* (breve aut productum)	ܒܘܿ	*bŏ, bō*
ܘܼ	ܥܨܨܐ ܐܠܝܨܐ *'Ṣąṣą alliṣą*[7]	*ŭ, ū* (breve aut productum)	ܒܘܼ	*bŭ, bū*

17. — *Adnot.* — Uti ex tabella apparet, duae vocales *'Ṣąṣą ruihą* et *Ṣąṣą alliṣą* ambiguae sunt, id est, vocalem tum brevem tum longam exprimere possunt.

---

[1] Cum mos sit apud Syros Occidentales haec puncta vel sola vel simul cum vocalibus graecis (de quibus infra in Lect. 4) in eorum scriptis adhibere, ideo ipsis etiam, quoties opus sit, in corpore hujus Grammaticae utemur.

[2] Hae denominationes stricte sumendae non sunt ad instar quantitatis apud Graecos et Latinos, sed potius qualitatem vocalium, quatenus *clausae* (=*longae*) aut *apertae* (=*breves*) sunt, indicant. Immo interdum vocalis ∸ vocalem ex natura sua productam, et ÷ vocalem etymologice brevem substituunt.

[3] Sonum illum medium inter *a* et *o* exprimens, de quo in Lect. praec. n. 13*a*.

[4] Vocatur etiam *Zląmą pšiqą*.

[5] Apellatur etiam *Zląmą qąšią*.

[6] Etiam dicitur *Ruąhą*.

[7] Etiam nuncupatur *'Mąqą*.

EXERCITIUM.

Litteris syriacis scribantur quae sequuntur vocabula:

leh[1], *ḥadh, kadh, ląṭ, luąth, lą', tūv, lhōn, 'vadh, hąḏē', 'ēin, sōph, mąią', qalīl, 'mar, bąṭar, 'mar, 'enōn, ṭąvīn, hąḏhē', naphšēh, puqdąną', hąlēin, laḥmą', kalbą', ḥamšīn, 'īth, 'alaṣ, pē'rą', qudhmai, nē'mar, qąm, nqūm, zhīrūthą', qeṭlēth, ḥūšąbą', balḥōdh, zlōthą', hąlēin, tar'īthą', tar'ūthą', ma'mūdhīthą', qdhąmaichōn.*

LECTIO 4.

De vocalibus quae per litteras graecas designantur.

18. — Iam a s. VIII p. Chr. mos obtinuit apud Iacobitas seu Syros Occidentales litteras graecas *α, ε, η, ο, ου*, ad vocales indicandas usurpare. Quae signa forma unciali, subversa et inclinata scribuntur et tum supra tum infra consonantes affigi possunt, ut in sequenti schemate apparet:

Figura	Nomen	Valor	Exemplum	Fig. Syr. Orient.
◌ܰ vel ◌ܱ	*Pthôḥô* (=apertio)	*a*	ܒܰܪ *bar*=filius	◌ܲ
◌ܶ vel ◌ܷ	*Rvôṣô* (=depressio)	*e*	ܡܶܢ *men*=ex	◌ܹ
◌ܺ vel ◌ܻ	*Ḥvôṣô* (=adstrictio)	*ī*	ܣܺܝܡ *sīm*=posuit	ܝ݂ ◌ܼ
◌ܳ vel ◌ܴ	*Zqôphô* (=erectio)	*ō*	ܩܳܘܡ *qôm*=surrexit	◌ܵ
◌ܽ vel ◌ܾ[2]	*'Ṣôṣô* (=obduratio)	*u*	ܬܽܘܒ *tuv*=rursus	ܘܿ ܘ݂

[1] Exinde simplicitatis causa vocales tantum longas proprio signo notabimus.

[2] Rarius infra consonantes scribitur.

Adnotanda.

19. — Vocalis ◌ܺ=*ī* saepe antiquum *ē* Syr. Orientalium repraesentat. In his igitur casibus una cum ◌ܺ decursu hujus operis ◌ܹ subscribimus, quod pariter, data occasione, per *ê* transcripsimus.

20. — Vocalis ◌ܳ=*ō* respondet pristino *ą* Syr. Orientalium, ideoque in transcriptione accentu circumflexo *(ô)* constanter notatur.

21. — ◌ܽ, *ου* (ut *ou* gallicum pronuntiandum) complectitur duplicem vocalem Orientalium: *o (='Ṣąṣą ruiḥą)* et *u (='Ṣąṣą alliṣą)*. Quapropter distinctionem faciemus inter ܘܿ◌ܽ (originarium *o*) et ܘ◌ܽ simpliciter (*u* originarium).

22. — In hoc systemate sola vocalium qualitas discernitur nulla ratione habita earundem quantitatis. Idem igitur signum vocalem respectivam vel longam vel brevem significare valet[1].

EXERCITIUM.

Scribantur syriace cum vocalibus graecis sequentes voces. Ubi vocales *ē, ī, ū* et *ô* finalis occurrant una cum semivocali homogenea notentur.

nṭal, masar, nehel, nehūl, saṭem, dēn, bēth, sôḥeph, mūn, mūlô, ḥarīph, ḥarīphô, garī, gūriô, brūnô, nev'ūṭ, dūnôiô, henēn, mṣalēn, ṭmīrtô, ṭlīthô, ṭôlūmô, mtallē, pṭôsīm, 'ṣī, 'gheltô, d'ôlmīn, ṣev'thô, ṣalmūnô, qadīšôn, kūvôšô, kômūšūthô, qarṣônô, qarqaphtô, mšahiônô, mšachtônô, šūlṭônūthô, meštamrônô, tehīvūthô, telūliôthô, ṣūlpthô, sôrūḥūthô, šeršônôiūthô, ḥelbônīthô, halūchô, mchīlônô.

---

[1] Seriore tempore Syri Occidentales haud raro systema punctorum cum illo vocalium graecarum permixtum adhibuerunt hoc modo: ◌ܲ=◌ܰ; ◌ܵ=◌ܳ; ◌ܹ et ◌ܸ (indiscriminatim)=◌ܶ; ܝ݂, ܝ ◌ܼ vel tantum ◌ܼ=ܝ ◌ܺ; ܘܿ vel ܘ݂=ܘ ◌ܽ.

LECTIO 5.

De semivocalium relatione ad vocales.

23. — Semivocales duplici in lectione funguntur officio, aut *consonantium* aut *quiescentium*. Ut consonantes proprium sonum retinent; ut quiescentes vero in pronuntiatione minime audiuntur, sed cum vocali praecedenti, quam prius repraesentabant quamque saepe protrahunt, prorsus coalescunt, ideoque in ipsa **quiescere** dicuntur.

24. — Littera ܐ:

a) quoties vocali instructa invenitur, vere consonans est, et pronuntiari deberet more Syr. Orientalium (10,*a*): ܐܚܕ, Syr. Or. = *ʾeḥadh* (cfr. ar. أَخَذَ); Syr. Occ. = *eḥadh* cepit; item ܫܐܠ *šēl* pro *šʾel* postulavit (36,*b*).

b) absque vocali in fine syllabae posita[1], quiescit in vocali praecedenti quaecumque ista sit: ܛܡܐ *impurus*; ܫܐܠܬ *postulavit* (f.); ܣܐܡܐ *argentum*; ܛܡܐܘܬܐ *contaminatio*.

25. — Littera ܘ:

a) ut consonans vocales omnes, praeter [illegible], accipere potest: ܘܥܕ „*u̯aʿedh*" *tempus constituit*; ܘܐܠܐ „*u̯ēlô*" *alioquin*; ܘܝܠܐ „*u̯īlô*" *velum*; ܘܙܐ „*u̯ôzô*" *anser*.

b) post vocalem veniens, quiescit tantum in [illegible] et — in nominibus graecis — saepe in [illegible]; cum reliquis vero vocalibus speciem diphthongi[2] constituit: ܪܘܚܐ *spiritus*; ܗܪܘܕܣ *Herodes*; sed ܐܘ „*au̯*" *aut*; ܐܘܣܒܝܣ *Eusebius*; ܫܠܝܘ „*šliu̯*" *quieverunt*; ܪܘܝܐ „*rôu̯iô*" *ebrius*.

26. — Littera ܝ:

a) vocali ornata vim servat consonantis, praeterquam in syllaba initiali [illegible]: ܒܝܕ „*bi̯adh*" *in manu*; ܝܫܘܥ „*Ješuʿ*" *Iesus*; sed ܝܕܥ „*īdaʿ*" *cognovit*.

[1] ܐ quiescens raro syllabam non claudit.

[2] Ante ܘ Occidentales loco [illegible] semper [illegible] scribunt, excepto Part. act.; Orientales, e contra, loco [illegible] scribunt [illegible], excepto Part. pass. verborum duplici cum irregularitate, scilicet [illegible] simul ac [illegible].

b) vocalem consequens, quiescit tantummodo in [illegible] et [illegible]; cum ceteris vero specialem diphthongum efformat: ܐܝܠܝܢ „*ʾai̯lēn*" *qui, quae*; ܛܒܝܢ „*ṭovīn*" *boni*; [illegible] „*šu̯ôi̯lô*" *funiculus*; ܓܠܝܘܗܝ „*gali̯ui̯*" *revelaverunt eum*.

27. — Littera semivocalis post alteram semivocalem in vocali ambabus affini quiescentem, et ipsa quiescit: ܛܡܝܐ „*ṭamô*" *impurus*; ܛܡܝܘܬܐ „*ṭamūthô*" *immundities*.

EXERCITIUM.

[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]

LECTIO 6.

De signis quae Rukôḥô et Qušôjô vocantur.

28. — Duplex pronuntiatio litterarum ܒ, ܓ, ܕ, ܟ, ܦ, ܬ[1] *(b^e^ghadhk^e^phath)* notatur puncto vel infra vel supra consonantem scripto, quod hebraico *Raphe'* et *Dagesch leni* respective respondet. Pronuntiatio aspirata per punctum infernum significata, dicitur *Rukôḥô* (ܪܘܟܟܐ = mollitio); dura vero sive explosiva, quam designat punctum supernum, *Qušôjô* (ܩܘܫܝܐ = induratio): ܐܦ „*'oph*" *etiam*; ܟܠܬܐ „*kiltô*" *prominentia*.

29. — Cum haec signa apud Syros saepe saepius omittantur, ad discernendam utramque pronuntiationem, praeter analogiam cum Lingua hebraica, hae regulae tradi possunt:

A) Litterae *b^e^ghadhk^e^phath* pronuntiatione *Rukôḥô* donantur:

a) *initio vocabuli*, tunc solum cum praecedens, in vocalem exiens, intime cum ipso connexum sit: ܐܬܐ ܓܝܪ *venit igitur.*

b) *in medio vocabuli:*

α) post vocalem, dummodo reduplicari non debeat: ܡܩܒܠ *accusans*, sed ܩܒܠ (קִבֵּל) *accepit.*

β) post consonantem initialem vocali destitutam: ܪܟܢ *inclinatus est.*

γ) post procliticas ܒ, ܕ, ܘ, ܠ: ܠܒܪܢܫܐ *ad hominem.*

δ) post duas consonantes vocali carentes, aut post consonantem realiter vel virtualiter geminatam: ܡܫܟܒܐ *cubile*; ܡܚܫܒܝܢ (מְחַשְּׁבִין) *numerantes*; ܢܚܬܐ (ex ܢܚܬܬܐ) *descensus.*

B) Litterae *b^e^ghadhk^e^phath* pronuntiatione *Qušôjô* gaudent:

a) *initio vocis*, nisi haec intimum servet nexum cum praecedenti vocabulo quod in vocalem desinit: ܡܫܠܡܐ *integer*;

[1] Practice afficit tantum tres posteriores ܟ, ܦ, ܬ, nam pro reliquis vix ulla distinctio viget, cum pronuntiationem duram fere apud omnes obtineant.

ܡܢ ܟܠ ܓܒ *undequaque*; ܐܬܐ ܕܘܝܕ *venit David*; sed ܐܬܐ ܓܝܪ ܕܘܝܕ *venit ergo David.*

b) *in medio vocabuli:*

α) cum reduplicari debeant, sive ob flexionem grammaticalem aut assimilationem, sive quia in origine reduplicatae fuerint: ܐܦܩ (pro ܐܢܦܩ) *eduxit*; ܓܠܠ (עִגֵּל) *revolvit*; ܚܘܒܐ (חבב) *amor.*

β) post consonantem essentialiter quiescentem et diphthongum: ܡܠܟܘܬܐ *regnum*; sed ܒܢܒܝ̈ܐ (cfr. בַּנְּבִיאִים) *in prophetis*; ܡܘܬܐ *mors.* — Excipitur ܐܝܟ *sicut*, quod pronuntiatur ܐܝܟ „ach".

30. — *Adnot.* — 1) Terminatio feminina ܬܐ regulis subjicitur peculiaribus, de quibus infra in Cap. de Nominibus femininis.

2) *B^e^ghadhk^e^phath* in vocibus exoticis originariam proprii sermonis retinent pronuntiationem, ex. gr.: ܐܦܘܦܣܝܣ ἀπόφασις.

EXERCITIUM.

Lectio fiat et ratio afferatur punctationis necnon pronuntiationis debitae in vocabulis signis exutis.

ܟܬܒܐ ܗܟܢܐ ܪܒܐ ܟܬܘܒܘܬܐ ܐܝܟ ܦܘܩܕܢܐ ܠܡܠܟܐ ܠܐ-ܬܪܥܝܬܐ ܐܬܒܣܡ
ܗܢܟܢ ܕܝܠܗ ܘܦܬܓܡܗ ܠܟܬܒܐ ܟܬܒ ܕܐܬܒܪ ܠܒܢܝܐ ܡܠܦܢ (ܡܡܡܢ)
ܗܟܢ ܢܟܠ (ܢܟܠ) ܡܬܟܬܒܝܢ (ܡܬܟܬܒܝܢ)
ܐܟܘ ܕܟܬܒܐ ܢܬܦܪܫ ܡܢܗ ܒܗܝ ܡܠܟܘܬܐ ܢܗܘܐ ܕܟܠܗ ܐܢܫܐ
ܕܟܬܒܐ ܐܦ ܒܝܬܐ ܗܘ ܒܗ ܒܢܫܐ ܕܡܘܕܝܢ ܝܘܡܢܐ ܘܡܟܬܒ ܒܗ
ܢܘܟܝ ܐܢܫܐ ܕܐܦ ܗܝ ܡܟܬܒ ܠܟܬܒܝ ܘܠܐ ܢܬܒܝ ܠܝܗܘܕܝܐ ܐܠܐ ܦܢܝ
ܡܢ ܟܬܒܐ ܡܠܟܐ ܕܒܝܬ ܗܘ ܡܠܟܘܬܐ ܡܢܝܢܐ ܘܐܬܟܬܒܬܐ ܠܟܬܒܝ
ܒܠܟܬܒ ܐܟܒ[1] ※

[1] Deinceps puncta ad pronuntiationem *Rukôḥô* et *Qušôjô* indicandam tunc solum adhibebimus cum prolatio *b^e^ghadhk^e^phath* ambigua sit nec ex regulis traditis facile erui possit.

LECTIO 7.

De signis Siôme, Mvaṭlônô et Marhṭônô dictis.

31. — Ad pluralia a singularibus discernenda in vocibus quae solis vocalibus distinguebantur, adhibebant Syri geminum punctum, vocabulo superpositum (¨), quod a Nestorianis *Siôme* = ܣܝܳܡ̈ܶܐ[1] fuit nuncupatum. Adinventis autem vocalium signis, una cum vocalibus in usu permansit ac deinde in plura alia transiit vocabula. *Siôme* itaque scribuntur:

a) in substantivis pluralibus sive masculinis sive femininis: ܓܰܒ̈ܪܶܐ[2] *viri*; ܒ̈ܢܳܬܳܐ *filiae*.

b) in formis pluralibus tum verborum tum adjectivorum generis feminini: ܩܰܛ̈ܠܶܝܢ *occiderunt* (f.); ܒ̈ܝܫܳܢ *malae*; sed ܒ̈ܝܫܺܝܢ *mali*.

c) in adjectivis masculinis si qualificative aut substantive sumantur: ܥܣܪܐ ܙܕܝ̈ܩܐ *decem justi*; ܙܕܝ̈ܩܐ ܢܚܘܢ *justi vivent*; sed ܗܠܝܢ ܙܕܝ̈ܩܝܢ ܐܢܘܢ *isti sunt justi*.

d) in nominibus collectivis quae plurali carent: ܥܳ̈ܢܳܐ *grex*.

e) in numeralibus, quoties adnexum habent suffixum ܬܠܳܬܰܝ̈ܟܽܘܢ *vos tres*.

f) in nonnullis particulis, suffixis pluralibus conjunctis: ܩܕܳܡܰ̈ܝܢ *coram nobis*.

32. — *Mvaṭlônô* (ܡܒܰܛܠܳܢܳܐ = occultans) appellatur lineola horizontalis (—) quae scribitur infra vel (frequentius juxta usum Syr. Or.) supra consonantes in pronuntiatione occultandas seu reticendas: ܐܢܬ ܗܘ vel ܐܢܬ ܗܘ „*att-ū*" *tu es*; ܒܪܬ „*bath*" *filia*.

33. — *Marhṭônô* (ܡܪܗܛܢܐ = currere faciens) est lineola ejusdem formae ac *Mvaṭlônô* priori ex duabus consonantibus successive quiescentibus superscripta, qua significatur nulla vocali auxiliari ipsam proferri debere: ܡܕܒܚܐ „*madhbḥô*" (non *madhevḥô* nec *maddhᵉvḥô*) *altare*.

[1] A quibusdam grammaticis etiam hebraica denominatione appellatum *Ribbui*.

[2] *Siôme* locum fixum in vocabulis non habet. Quod si vocabulo insit ܪ, cum istius puncto diacritico coalescit.

N. B. — *Marhṭônô* opponitur *Mhaghyônô* (ܡܗܓܝܢܐ = pronuntiare jubens) seu lineola sub priori duarum consonantium absque vocali successive occurrentium scripta, ad indicandum illam cum ܰ clauso vel (etsi rarius) cum ܶ esse legendam ܕܚܠܬܐ = ܕܚܠܬܐ *timor*. — Syri tamen occidentales hoc signo fere numquam utuntur, sed ambas consonantes sine ulla vocali vel *Šᵉwa* proferunt. Excipitur tantum ܕܒܚܬܐ pro ܕܒܚܬܐ *sacrificium*.

LECTIO 8.

De accentu tonico ac de interpunctionis signis.

34. — Signum ad syllabam tonicam indicandam nullum adest penes Syros. Voces syriacae tonum habent in **ultima** aut in **penultima** syllaba, numquam vero in antepenultima:

a) *Ultima* syllaba ictu percutitur tunc solum cum vocabulum per unam vel per plures consonantes clauditur: ܙܕܝܩܐܝܬ „*zaddiqō'ith*" *juste*; ܐܬܩܛܠܬ et ܐܬܩܛܠܬܝ „*ethqaṭalt(i)*" *trucidatus* et *trucidata es*.

b) *Penultima* syllaba acuitur fere toties quoties vox in vocalem vel semivocalem quiescentem desinit: ܡܠܟܝ *málki* (hodie legitur „*malk*") *rex meus*; sed ܡܠܟ̈ܝ „*malkai*" *reges mei*; ܩܕܝܫܬܐ „*qaddištô*" *sancta*; ܙܕܝܩܘ „*zaddîqu*" *justitia*.

N. B. — In vocibus exoticis, praecipue graecis, tonum in ultima aut in penultima syllaba habentibus, accentus in eadem apud Syros remanet; in antepenultima vero ictum ferentibus, accentus ut plurimum in penultimam transit penes illos: *βασιλεῖος* = ܒܣܝܠܝܘܣ; sed *εὐαγγέλιον* = ܐܘܢܓܠܝܘܢ *'euanghelîon*.

35. — Praecipua interpunctionis signa sunt:

a) ✻, ::[1] pausas maximas indicantia.

[1] Inveniuntur etiam ÷, ⁘, ∸ cum eodem valore.

b) . — *Pôsuqô* (ܦܣܘܩܐ = hebr. *Soph pasuq*) quod periodum vel integram ejus partem claudit.

c) .̣— *Taḥtôįô* (ܬܚܬܝܐ = inferior), claudit protasin et interdum interrogationis signum denotat.

d) : — *Šųaįô* (ܫܘܝܐ = aequales) nostro commati simillimum, protasis membra separare solet.

e) ·̇— *'Elôįô* (ܥܠܝܐ = superior) sejungit membra apodosis, et etiam longiorem interrogationem significare potest.[1]

[1] Praeter haec signa orthographica autores syri integrum excoluerunt systema accentuum (plus quam 46 numerantur), ad instar Massoretarum, ad diversas membrorum relationes significandas. Quae cum officium magis rethoricum habeant quaeque non uno eodemque criterio ab scriptoribus adhibita sint, hoc loco non recensebimus (cfr. Duval — *Traité de Grammaire Syriaque*, fol. 135 sqs.).

CAPUT II.

De consonantium et vocalium proprietatibus.

LECTIO 9.

De gutturalium proprietatibus.

36. — A) Littera ܐ:

a) initialis vocabuli et vocali destituta, saepe saepius evanescit vel saltem in pronuntiatione: ܚܕ (pro ܐܚܕ) *unus*; ܢܫ vel ܐܢܫ (=אֱנוֹשׁ) *homo*.

b) vocali munita immediate post consonantem quiescentem, transfert in istam propriam vocalem et silet: ܫܐܠ (pro ܫܐܠ) *quaerere*.

c) in fine syllabae posita, quiescit in vocalem praecedentem quae ut plurimum longa evadit: ܫܐܠܬ *quaesivi*.

d) media inter duas vocales, ut ܝ pronuntiatur: ܩܐܡ „*qôįem*" *surgens*.

e) vocalem auxiliarem ܿ aut ܶ frequenter assumit cum initio syllabae vocali carere invenitur: ܐܡܝܪ (pro ܐܡܝܪ juxta ܡܐܡܪ) *dictus*.

37. — B) Littera ܗ:

a) mutatur in ܐ in Pronomine 3. pers. pl. ܗܢܘܢ, ܗܢܝܢ, quoties intime connectitur vocabulo praecedenti, necnon in praeformativo *Aph'el*: ܩܛܠ ܐܢܘܢ *occidit eos*; ܐܩܛܠ, pro ܗܩܛܠ (cfr. הִפְעִיל) *trucidavit*.

b) supprimitur in pronuntiatione: *a)* in suffixo 3. pers. sing. masc. ܘܗܝ: ܩܛܠܘܗܝ „*qatluį*" *occiderunt illum*. *β)* in Pron. personali ܗܘ enclitice usurpato: ܙܕܝܩ ܗܘ „*zaddîqû*" *justus (est) ille*.

— γ) in forma verbali ܗܘܳܐ quoties enclitice adhibetur: ܩܛܰܠ ܗܘܳܐ *occiderat.* — δ) in Perfecto verbi ܝܗܰܒ *dedit,* quoties tertiae radicalis ܒ (apud Syr. Or. in omnibus personis) nulla vocali donatur: ܝܗܰܒܬ *dedisti;* sed ܝܗܶܒܶܬ *dedi* (258).

38. — C) Littera ܥ:

a) ante aliud ܥ radicale, jampridem in ܐ conversa fuit: ܐܥܦܐ, pro ܥܥܦܐ, *duplum.*

b) ante ܗ vero, dissimilatur et in pronuntiatione resolvitur in ܐ, cujus leges deinde subit[1]: ܥܗܶܕ „'ehad" (=ܐܶܗܶܕ pro ܥܗܶܕ, cfr. 36, *e*) *meminit.*

39. — Gutturales ܗ, ܚ, ܥ et ܪ ceteris vocalibus sonum *a* praeferunt; quoties igitur syllabam claudunt, loco ܶ, in praecedentem consonantem ܰ inducunt: ܝܺܕܰܥ, pro ܝܺܕܶܥ (cfr. ܝܶܕܰܥ) *scivit.*

LECTIO 10.

De labialibus, dentalibus et liquidis.

A) Litterae labiales:

40. — ܒ et ܦ altera alteri interdum substituuntur: ܛܘܼܦܰܝܗܝ, pro ܛܘܼܒܰܝܗܝ *beatus.*

B) *Litterae dentales* (ܕ ܙ ܣ ܨ ܫ ܬ).

41. — Praefixum ܬ (ܐܶܬ) in conjugationibus medio-passivis:

a) ante sibilantes — ܙ, ܣ, ܨ, ܫ — cum illis permutatur: ܐܶܫܬܰܕܰܪ pro ܐܶܬܫܕܰܪ *missus est.*

b) post ܙ aut ܨ, insuper convertitur in ܕ et ܛ respective: ܐܶܙܕܩܶܦ pro ܐܶܙܬܩܶܦ (loco ܐܶܬܙܩܶܦ) *crucifixus est.*

[1] Haec dissimilatio, cujus vestigia in Mss. s. IV jam invenitur, nunquam viguit apud Syros Orientales.

c) ante ܛ aut alterum ܬ, itemque ante ܕ vocali instructum, ipsis in pronuntiatione assimilatur: ܐܶܬܛܰܫܺܝ „*eṭṭaši*" *sese abscondit;* ܐܶܬܬܒܰܪ „*ettavar*" (non „*ethtavar*") *confractus est.*

d) ante ܕ vero vocali destitutum, ipsum trahit ad propriam pronuntiationem, quae dura evadit: ܐܶܬܕܟܰܪ „*ettchar*" (non „*ethdᵉchar*") *recordatus est.*

42. — Litterae ܕ, ܛ et ܬ, extremae radicales, ante ܬ terminationis femininorum necnon afformativae 2. pers. m. et f. Perfecti, ipsi pariter in pronuntiatione assimilantur: ܦܫܺܝܛܬܳܐ *Pšittô;* ܝܠܶܕܬܝ „*ilett(i)*" *peperisti.*

C) Litterae liquidae (ܢ ܠ ܪ).

43. — Liquida ܢ:

a) si prima radicalis sit et vocali careat, sequenti consonanti, nisi sit ܗ, ut plurimum assimilatur: ܐܰܦܶܩ pro ܐܰܢܦܶܩ (cfr. הַגִּישׁ) *eduxit;* sed ܡܢܰܗܪܳܐ *illuminans.*

b) si secunda radicalis sit, assimilationem patitur in quibusdam tantum nominibus: ܚܰܩܳܐ *torques;* ܐܰܩܬܳܐ *oppressio;* ܐܰܦܶܐ *facies;* ܓܶܒܳܐ *latus;* ܐܶܦܬܳܐ *occasio;* ܫܶܬܳܐ *fundamentum.*

c) in aliis vero quoad pronuntiationem tantum occultatur: ܓܶܢܒܳܐ *latus;* ܐܰܢܬܬܳܐ („*attô*", cfr. 41) *mulier;* ܐܰܢܬ, ܐܰܢܬܝ *tu* (m. et f.); ܐܰܢܬܘܿܢ, ܐܰܢܬܶܝܢ *vos* (m. et f.).

d) ante terminationem ܬܐ femininorum saepe cum ipsa assimilatur tum in pronuntiatione tum etiam in scriptione: ܓܽܘܦܬܳܐ (pro ܓܽܘܦܢܬܳܐ) *vitis;* ܡܕܺܝܢܬܳܐ *civitas.*

44. — Liquida ܠ sine vocali immediate ante alteram ܠ evanescit vel saltem in pronuntiatione: ܡܶܠܬܳܐ vel ܡܶܠܬܳܐ *sermo.* Item in plerisque formis verborum: ܐܶܙܰܠ *ivit* et ܣܠܶܩ *ascendit* (259—260).

45. — Liquida ܪ silet in pronuntiatione in nomine ܒܰܪܬ *filia;* sed in statu emphatico ܒܰܪܬܳܐ.

LECTIO 11.

De mutationibus semivocalium.

46. — A) Littera ܐ:

a) media inter duas vocales, saepe in ܝ convertitur: ܛܝܶܒ pro ܛܐܶܒ *benefecit* (36, *d*).

b) assimilatur litterae praecedenti ܬ in forma reflexiva conjugationis *Aph'el* et in quibusdam verbis *primae* ܐ: ܐܶܬܬܰܘܣܰܦ pro ܐܶܬܐܰܘܣܰܦ *auctus est*; ܐܶܬܬܰܚܺܕ pro ܐܶܬܐܰܚܺܕ (ex ܐܶܚܰܕ) *captus est.*

47. — B) Littera ܘ:

a) si sit prima verborum radicalis, convertitur in ܝ quoties praefixo non fulcitur: ܝܶܠܕܰܬ pro ܘܶܠܕܰܬ (ex radice ܘܠܕ) *peperit*; sed ܐܰܘܠܶܕ *genuit*. Subsistit tamen in copulativa ܘ seu ܘ *et*, ܘܳܐܠ *decet*, ܘܰܥܕܳܐ *conventus*, ܘܰܪܺܝܕܳܐ *vena*, necnon in quibusdam onomatopoeis.

b) si syllabam inchoet in medio vocis, saepe in semivocalem convertitur: ܚܰܕܽܘܬܳܐ pro ܚܰܕܘܽܬܳܐ *gaudium.*

48. — C) Littera ܝ:

a) in principio syllabae et vocali expers, fit *ī*, ideoque saepe ܐܝ scribitur: ܝܺܬܶܒ vel ܐܺܝܬܶܒ (pro יָתַב) *sedit.*

b) in syllaba clausa, ܶ et ܺ deveniunt *ī* in ܐܺܝܬ (cfr. יֵשׁ) *est*, et in nominibus exoticis, ut ܝܺܣܪܳܝܶܠ vel ܐܺܝܣܪܳܐܶܝܠ *Israel.*

c) in terminatione adverbiali ܳܐܺܝܬ vim consonantis saepe amittit et fit *ôīth*: ܚܰܝܳܐܺܝܬ (ex ܚܰܝܳܐ) *vive.*

49. — *Adnot.* — 1) Syri Orientales litteram ܝ inter duas vocales positam ut ܐ pronuntiant: ܛܝܶܒ „*ṭa'ev*“ *benefecit* (cfr. 46, *a*).

2) Interdum in medio vocabuli, tum ut consonans, tum ut semivocalis considerari potest: ܢܒܺܝܳܐ (pr. *nviịô* vel *nviô*) *propheta.*

3) Diphthongi *ια*, *ιο*, Graecorum, nunc unica, nunc duplici redduntur syllaba: *διαθήκη* = ܕܺܝܰܬܺܝܩܺܐ vel ܕܝܰܬܺܝܩܺܐ.

LECTIO 12.

De geminatione consonantium.

50. — Duplicatio consonantium, sive ex assimilatione litterae affinis sive ex exigentia flexionis exorta, nullo signo (*Dagesch, Tašdid*) in scriptura notatur[1]. Geminatio ipsa apud Syros Occidentales jampridem in desuetudinem abiit. Ita ex. gr. ܥܰܡܳܐ a Syris Orient. *'ammô*, ab Occidentalibus vero *'āmô* pronuntiatur.

51. — Regulariter duplicanda esset quaelibet consonans vocali praedita, quam brevis vocalis — *a*, *e*, raro *u* — praecedit (65): ܩܰܛܶܠ „*qaṭṭel*“ *trucidavit*; ܢܶܣܰܒ „*nessav*“ *accipiet*; ܚܽܘܒܳܐ „*ḥubbô*“ *amor.*

52. — A regula praecedenti excipiuntur consonantes extremae vocabulorum cum augentur suffixo a vocali incipiente: ܚܰܕܽܘ „*ḥadu*“ (ex ܚܰܕ + ܗܽܘ) *unus est.* — Item nomina ܐܰܒܳܐ *pater*, ܐܰܠܳܗܳܐ *Deus*, ܡܰܠܐܰܟܳܐ *angelus*, ܚܰܕܽܘܬܳܐ *gaudium*, et alia quaedam in quibus, deficiente geminatione, vocalis praecedens ut longa profertur (etiam apud Syros Orient.).

53. — Litterae ܚ, ܘ, ܥ, et ܪ geminationem recusare videntur; ܘ autem post ܽ breve, duplicationem communiter admittit: ܚܶܘܳܪܳܐ „*heụụôrô*“ *albus.*

54. — Licet geminatio apud Syros Occidentales obsoleverit, ratio tamen ipsius habetur: a) quoad vocales breves, quae ante consonantem duplicandam ut productae efferuntur: ܥܰܡܳܐ „*'āmô*“ *populus*; ܐܶܢܳܐ „*'ēnô*“ *ego*; — b) quoad litteras *b*[e]*ghadhk*[e]*phath*, quae ob praesumptam geminationem sonum servant (praeter regulam) attenuatum (29, B, *b*): ܐܰܦܶܩ *'apeq*, non *'apheq* (pro *'appeq*) *eduxit.*

55. — Signum attenuationis, ubi adest, vel attenuatio ipsa in litteris *b*[e]*ghadhk*[e]*phath* post aliquam vocalem, earum reduplicationem simul indicat: ܡܦܰܩ „*mappeq*“ *educens.*

---

[1] Pro opportunitate signo arabico *Tašdid* (ّ) utemur in decursu Grammaticae.

LECTIO 13.

De syllabarum divisione.

56. — Syllabae dividuntur in *apertas* et *clausas*. Apertae dicuntur, quae in vocalem vel semivocalem quiescentem exeunt; clausae, quae per unam vel per duas consonantes terminantur.

57. — Syllaba, quam consonans geminanda sequitur, *clausa* censetur, ita ut immediate subsequens ab eadem ordiatur consonante: ܩܛܶܠ *„qaṭ-ṭel“* (cfr. 51 et 54) *trucidavit.*

58. — Accidentaliter extrema alicujus vocabuli syllaba tribus consonantibus claudi potest, ita tamen ut ultima in pronuntiatione sileat: ܡܰܠܟܝ *„malk“ rex meus*; ܩܛܰܠܬܝ *„qṭalt“ occidisti* (f.).

59. — Omnis syllaba *a consonanti* incipit neque plures duabus consonantibus syllabas inchoare valent: ܫܡܐ *„šmô“ nomen*; ܒܫܡܐ *„bašmô“* (ex ܒ + ܫܡܐ) *in nomine.*

60. — Consonans non geminata, quae *Šeṿā mobili*[1] juxta morem Hebraeorum ornanda esset, ad sequentem syllabam pertinet: ܕܗܒܐ *„da-hvô“ aurum*; ܓܒܪܐ *„ga-vrô“* (cfr. גֶּבֶר) *vir*; sed ܡܩܛܠܐ *„mqaṭ-ṭlô“* (מְקַטְּלָה) *trucidans* (f.).

61. — Duarum consonantium successive absque vocali occurrentium, altera ad praecedentem, altera vero ad sequentem syllabam regulariter accedit: ܡܰܠܟܬܐ *mal-kthô regina*; ܐܬܬܥܝܪ *„et-tʿir“* (41, *c*) *experrectus est.*

[1] Hoc *Šeṿā* mobile latens ex eo provenit quod vocalis plena, in lingua syriaca potissimum brevis, e consonante excidit; ita ܕܗܒܐ pro ܕܰܗܰܒܐ (ex ܕܗܒ = זָהָב). Sic igitur in origine. Attamen hujusmodi *Šeṿā* mobile haud raro vim propriam plane amisit, unde factum est ut talis consonans ad syllabam praecedentem accedat eamque claudat eo magis, quod vocales productae etiam in syllabis clausis aliquando persistant: ܟܳܬܒܝܢ *„kôth-bin“* (pro *kô-thvin* = כֹּתְבִין) *scribentes.* Nihilominus *Šeṿā* originarium saepe adumbrari potest in pronuntiatione *Rukôḥô* consonantis sequentis, etiam post reduplicationem primitivam jam non amplius existentem ipsius consonantis: ܪܓܬܐ *„reg-thô“* (pro *reg-gthô*) *desiderium.* In singulis casibus consulendum est Lexicon.

LECTIO 14.

De vocalium qualitate respectu syllabarum.

62. — Vocales productae tales sunt aut ex natura sua aut accidentaliter. Vocales ex natura sua longae *immutatae* manent.

63. — Syllabae *apertae* vocales (originario) *productas* regulariter habent[1]: ܫܠܡܐ (שָׁלוֹם) *pax.*

64. — Haud raro tamen syllabae apertae vocalem brevem ostendunt[2]. Hoc praecipue evenit:

a) in ܐ, cum syllabae littera initialis est: ܐܡܝܪ (36, *e*) *dictus.*

b) in formis secundariis ܢܩܘܡ, ܢܩܝܡ pro ܢܩܘܡ, ܢܩܝܡ.

c) in recentibus formis ut ܩܛܠܬܝܢ, ܩܛܠܬܘܢ, etc.

d) in Imperativo verborum aucto suffixis: ܩܛܘܠܝܗ *occide eam.*

e) in formis ut ܫܒܝܗܝ (ex ܫܒܝ + ܗܝ) *captivum duxit eum.*

f) in praefixis ܒ, ܕ, ܘ, ܠ, quae vocalem originariam brevem retinent ante consonantem vocali destitutam (117, *b*): ܒܫܡܐ (ex ܒ et ܫܡܐ) *in nomine.*

g) in syllabis apertis, quoties sequitur aliqua consonans e qua altera vocalis brevis excidit (60, *nota*): ܩܛܠܬ (ex *qăṭălath*) *occidit* (f.).

65. — Syllabae *clausae* vocales *breves* plerumque habent; in medio tamen vocis *longas* vocales sustinere possunt[3]: ܒܣܪܐ *„bĕs-rô“ caro*; sed ܐܩܝܡܬܘܢ *„ʾaqīm-tún“ excitastis.*

[1] Syllaba aperta finalis, accentus expers, ut brevis a Syris effertur licet natura sua producta sit; ex. gr. ܟܠܒܐ *„kálbŏ“ canis*; ܡܠܟܐ *„málkŏ“ rex*, pro *„kálbō“*, *„málkō“*.

[2] Vocales vero hujuscemodi ut productae a Syris pronuntiantur, aut, si agatur de nominibus, ut breves quidem ab Orientalibus, sed cum reduplicatione consonantis sequentis; ita ex. gr. ܠܫܢܐ = *lĕšônô* (Syr. occid.), *lĕš-šônô* (Syr. orient.) *lingua.*

[3] Syri Or. in hoc casu vocalem longam libenter corripiunt, vel saltem in pronuntiatione: ܥܠܡܝܢ, pro ܥܠܡܝܢ, *aeternitates.* E contra longam vocalem ܳ *(ô)* vocali brevi ܰ *(ă)* interdum substituunt: ܡܠܦܝܢ, pro ܡܠܦܝܢ = ܡܠܦܝܢ, *docentes.*

66. — Monosyllaba per consonantem desinentia necnon syllaba clausa finalis, accentu ornata, breves vocales accidentaliter producunt propter tonum; minime vero si duplici consonanti clauduntur: ܕܝܢ *„dên" quidem,* ܩܛܠܬ *„qeṭlēth" occidi*; sed ܠܝܬ *„lăyt" non est,* ܩܛܠܬ *„qṭălt" occidisti*[1].

LECTIO 15.

De vocalium mutationibus.

A) De relatione vocalium Orientales inter et Occidentales.

67. — *ą* originario producta Syr. Orientalium, convertitur apud Syros Occidentales in *ō (=ô)*: ܫܠܡܐ *šląmą*=ܫܠܡܐ *„šlômô", pax.*

68. — Ubi vocalisatio fluctuat inter *a* et *e*, illi sonum *a* praeferunt: ܐܠܨ *alaṣ*=ܐܠܨ *arctavit*; ܪܗܛܐ vel ܪܗܛܐ *cursus.*

69. — *ē* primitive producta, quam Syri Orientales saepe cum fulcro ܐ scribunt, fere semper in *ī* transiit apud Occidentales: ܢܐܡܪ *nēmar*=ܢܐܡܪ *dicet* (19).

70. — *ē* mutatur etiam in *ī* apud Syros Occidentales in vocibus graecis in quibus Orientales sonum primigenium servant: *διαθήκη*=ܕܝܬܝܩܝ vel ܕܝܬܝܩܐ pro ܕܝܐܬܝܩܐ (Syr. Or.).

71. — Brevis vocalis *e*:

a) ab Occidentalibus a priscis temporibus servata, sonum tum *e* tum *i* apud Orientales praesefert: ܓܫܪܐ (Or. *gešrą* vel *gišrą*) *pons.*

b) in syllaba clausa tonica aliqualiter protrahitur, ideoque apud Nestorianos non raro per ◌ܹ transcribitur: ܩܛܠܬ=ܩܛܠܬ *„qeṭlēth" occidi.*

[1] Exercitationis causa circa hanc ac praecedentem Lect. legatur aliquod fragmentum ex Chrestomatia, divisionem syllabarum peragendo atque examini subjiciendo qualitatem vocalium in eisdem occurrentium.

72. — Originaria vocalis *ō* (=◌ܳ):

a) jampridem mutata invenitur in *ū* (ܘ ◌ܽ) apud Syros Occidentales: ܨܠܘܬܐ (pro ܨܠܘܬܐ Syr. Or.) *oratio.* — Excipiuntur tantum interjectiones ܐܘ *„o"* et ܐܘܝ *„oi" heu.*

b) interdum *ō* penes Orientales apparet ubi originario *ū* aderat, praesertim in contactu cum gutturalibus aut ܪ vel ܝ: ܝܫܘܥ *„Īšō'"* (pro ܝܫܘܥ Syr. Occid.) *Iesus*; ܓܢܘܢܐ *„gnōną"* (pro ܓܢܘܢܐ) *cubile.*

N. B. — Vocales *ο*, *ω* Graecorum per ܘ◌ܿ, ◌ܿ, aut ܘ◌ܳ redduntur: *θρόνος*=ܬܪܘܢܘܣ vel ܬܪܘܢܘܣ; *Βηρωσός*=ܒܪܘܣ.

73. — Diphthongi *ai* et *au*, in syllaba clausa, communiter in vocales *ē* et *ō* respective contrahuntur; quae deinde penes Syros Occidentales in *ī* et *ū* magis declinant (19 et 21): ܒܝܬܐ=st. cr. ܒܝܬ, *domus*; ܥܝܢܐ=ܥܝܢ (*'ēn*) Syr. Or. — ܥܝܢ Syr. Occ. *oculus*; ܣܘܦܐ=ܣܘܦ (*sōph*) Syr. Or. — ܣܘܦ Syr. Occ., *limes.*

B) De mutatione vocalium in systemate Occidentalium.

74. — Vocalis *ă*:

a) ante ܚ, quam alia consonans immediate sequitur, mutatur sub illius influxu in *ĕ*: ܐܫܟܚ pro ܐܫܟܚ (218) *invenit.*

b) in verbis primae ܝ, regulariter convertitur in *ĕ* sub secunda radicali propter vocalem ◌ܺ praecedentis syllabae: ܝܬܒ pro ܝܬܒ *sedit.*

c) saepe absque regula fixa in *ĕ* pariter mutata invenitur in medio vocabuli: ܩܛܠܬ pro ܩܛܠܬ (ex *qaṭalath* — cfr. ar. قَتَلَتْ et ܩܛܠܬ) *occidit* (f.).

75. — Vocalis *ĕ* in syllaba clausa, per gutturales ܗ, ܚ, ܥ, necnon ܪ et (rarius) ܥ desinente, transit in *ă* (39): ܫܕܪ pro ܫܕܪ (cfr. ܫܕܪ, 161) *misit.*

N. B. — Mutationes peculiares, quas extremae vocis vocales patiuntur ante formas Pronominis personalis sive encliticas sive suffixas, suis quoque locis exponemus[1].

[1] Exercitationis gratia rursus transcribantur syriace vocabula Lect. 3., ita tamen, ut pro vocalibus Orientalium ipis aptentur, ope etiam Lexici finalis, vocales respondentes Syr. Occidentalium.

LECTIO 16.

De vocalium elisione ac de ortu novarum syllabarum.

76. — Vocales finales immediate post syllabam radicalem tonicam e Lingua syriaca exciderunt. Vocalis quidem *ā*, jam antequam stabilita fuerit orthographia, deperdita est: ܠܰܢ (ex *lánā*) *nobis*; ܩܛܰܠܬ (ex *qaṭáltā*, cfr. קָטַלְתָּ) *occidisti*; sed ܡܰܠܟܳܐ „*málkô*" *rex*, etc. — Aliae vero in scriptura remansere per semivocales repraesentatae, quae ab antiquissimis temporibus (s. III p. Chr.) propriam pronuntiationem proinde amiserunt. Tales sunt:

a) *ū* pl. in Perfecto et Imperativo post consonantem: ܩܛܰܠܘ „*qṭal*" (ex *qṭálū*) *occiderunt*; ܩܛܘܽܠܘ „*qṭūl*" (ex *qṭúlū*) *occidite*; sed ܓܠܰܘ „*glau*" *revelarunt*, etc.

b) *ī* suffixum 1. pers. sing. post consonantem: ܡܰܠܟܝ „*malk*" (ex *málkī*) *rex meus*; sed naturaliter ܡܰܠܟܰܝ „*malkái*" *reges mei* — et monosyllaba ܠܺܝ *mihi*, ܒܝ *in me*, etc.

c) *ī* suffixi ܘܗܝ 3. pers. sing. masc. in nominibus et quandoque in verbis: ܡܰܠܟܰܘܗܝ „*malkáu*" (pro *malkaúhī*) *reges ejus*; ܩܛܘܽܠܝܗܝ „*qṭulói*" (pro *qṭuloīhī*) *occide eum*.

d) *ī* 2. pers. fem., tum suffixum pronominale, tum finale in verbis necnon in Pronomine personali ܐܰܢ̄ܬܝ „*att*" (pro *a(n)ti*) *tu* (f.). Ex. gr. ܡܰܠܟܶܟܝ „*malkech*" (pro *malkéchi*) *rex tuus* (f.); ܩܛܰܠܬܝ „*qṭalt*" (pro *qṭálti*) *occidisti* (f.).

77. — *Brevis* vocalis, syllabae apertae quam sequitur *syllaba clausa* vel *longa*, evanescit: ܫܡܰܥ (pro ܫܶܡܰܥ, cfr. שָׁמַע) *audivit*; ܒܝܰܘܡܳܐ (pro ܒܺܝܰܘܡܳܐ) *in die*. — Ab hac regula excipiuntur radicales infirmae ܐ, ܘ et ܝ, quae necessario vocali homogenea instrui debent (36, *e* et Lect. 11): ܐܶܟܰܠ (pro ܐܟܰܠ juxta ܩܛܰܠ) *manducavit*; ܢܶܚܕܽܘܢ (pro ܢܚܕܽܘܢ juxta ܢܶܩܛܠܽܘܢ) *gaudebunt*.

78. — Cum *duae* vocales *breves*, in syllabis apertis, flexione grammaticali successive occurrunt, *secunda* plerumque abjicitur: ܒܪܰܕܳܐ (pro ܒܰܪܰܕܳܐ, cfr. ar. بَرَد) *grando*; ܡܰܟܬܒܳܐ (pro ܡܰܟܬܰܒܳܐ) *scriptura*.

79. — Quoties syllaba clausa finalis per accessionem suffixi aperta fit, vocalem amittit juxta regulam (77). Quod si in syllaba

praecedenti brevis vocalis elisa est, haec reviviscit: ܩܰܛܠܶܗ (ex ܩܛܰܠ + ܗ̱, pro ܩܛܰܠܶܗ) *occidit eum*.

80. — Praeter verba secundae *geminatae*, quorum syllaba extrema, accedentibus suffixis, clausa remanet propter duplicationem consonantis, haud pauci occurrunt casus, in quibus brevis vocalis extra regulas servatur: ܒܰܙܶܗ „*baz-zeh*" (ex ܒܙܙ) *sprevit eum*; sed ܐܰܬܳܢܳܐ *asina*, etc.

81. — Vocabula a consonanti incipientia — praesertim graeca nomina cum σπ aut στ — syllabam initialem sive ܐ sive ܐ haud raro sibi adsciscunt: ܫܬܳܐ vel ܐܶܫܬܳܐ *sex*; ܬܓܳܐ vel ܐܶܬܓܳܐ *contentus*; ܣܛܪܰܛܺܝܰܐ vel ܐܶܣܛܪܰܛܺܝܰܐ *στρατεία*.

II.

MORPHOLOGIA.

CAPUT I.

De Nominibus eorumque praefixis.

LECTIO 17.

De Nomine in genere.

82. — Nomina sunt aut **primitiva** — ut ܐܒܐ *pater*, ܫܡܐ *nomen* — aut **derivata.** Haec autem dicuntur *derivata verbalia*, si e radice verbali procedant — ut ܪܚܡܬܐ *amor* a ܪܚܡ *amare* — vel *derivata denominativa*, si ab alio nomine fluant, ut ܐܒܗܘܬܐ *paternitas* ab ܐܒܐ *pater.* Longe major pars nominum in Lingua syriaca e radice verbali, plerumque trilittera, derivatur.

83. — Nomina derivata, quae solis radicalibus constant, *nuda* vocantur; *aucta* vero, si radicalibus unam vel plures ex *litteris servilibus* — ܐ, ܗ, ܘ, ܝ, ܡ, ܢ, ܣ, ܫ, ܬ — superaddant[1].

84. — Quoad **genus** nomina sunt: masculina, femenina, aut communia. Neutrum vero genus non distinguitur, sed per terminationem femeninam potissimum designatur: ܐܝܕܐ ܦܫܝܩܬܐ *quid facilius?*

85. — **Numeri** sunt duo: singularis et pluralis. Numerus *dualis* a Lingua syriaca excidit; hujus vestigia inveniuntur tantum in ܬܪܝܢ, ܬܪܬܝܢ, *duo, duae*; ܡܐܬܝܢ *ducenti*; ܡܨܪܝܢ *Aegyptus.*

86. — **Triplex** datur **status** in nominibus:

a) *status absolutus* seu indeterminationis: ܡܠܟ *rex* (*quidam* = מֶלֶךְ).

---

[1] Iam patet hujusmodi litteras posse ad formationem alicujus radicis venire, et tum officio funguntur non servilium, sed radicalium.

b) *status emphaticus* seu determinationis: ܡܠܟܐ *rex* (*ille*=הַמֶּלֶךְ).

c) *status constructus*, relationem genitivi designans: ܡܠܟ ܐܪܥܐ *rex terrae*=מֶלֶךְ הָאָרֶץ.

EXERCITIUM.

Quaeratur in Lexico significatio vocabulorum quae sequuntur, indicando pro nominibus auctis radicem propriam.

ܟܬܒܐ — ܟܬܘܒܐ — ܟܬܝܒܬܐ — ܥܒܕ — ܥܒܕܐ —
ܥܒܕܘܬܐ — ܡܥܒܕܢܐ — ܥܘܒܕܐ — ܥܒܕܢܝ — ܥܒܕܬܐ — ܡܫܬܥܒܕܢܐ
— ܩܛܘܠܬܐ — ܩܛܝܠ — ܩܛܘܠܐ — ܩܛܠܢܘܬܐ — ܡܩܛܠܢܘܬܐ —
ܬܫܘܪܬܐ — ܫܘܒܚܐ — ܬܫܒܘܚܬܐ — ܫܒܝܚܘܬܐ — ܡܫܒܚܢܐ —
ܦܛܪܝܬܐ — ܡܫܒܚܢܘܬܐ — ܫܒܚ — ܐܝܬܐ※

LECTIO 18.

De genere Nominum.

87. — Genus determinatur ex significatione aut ex terminatione.

88. — *Significatione* sunt generis masculini: a) nomina virorum vel marem significantia et virilium officiorum; b) montium; c) fluviorum; d) populorum; e) mensium.

89. — *Terminatione* communiter masculina sunt quae in statu absoluto in litteram radicalem aut in statu emphatico in ܐ desinunt: ܩܛܘܠ *occisor*; ܥܠܡܐ *saeculum*.

90. — *Significatione* sunt generis feminini; a) nomina mulierum vel feminam significantia et officiorum muliebrium; b) vestium; c) urbium; d) regionum; e) insularum; f) membrorum corporis, inprimis geminorum.

91. — *Terminatione* feminina sunt quae in statu absoluto in ܐ, ܘ, ܝ (perraro ܝ) aut in statu emphatico in desinentias respondentes, ܬܐ, ܘܬܐ, ܝܬܐ exeunt: ܡܠܟܘ (st. abs.), ܡܠܟܘܬܐ (st. emph.) *regnum*, etc.

92. — Communia sunt nomina quorumdam animalium, litterarum alphabeti, numeralia a 20 ad 100 inclusive, et alia quaedam e Lexicis definienda: ܥܟܒܝܬܐ *aranea*; ܬܠܬܝܢ *triginta*; ܙܒܢܐ *tempus*, etc.

93. — *Adnot.* — 1) Multa sunt nomina feminina quae in statu emphatico nullam terminationem peculiarem vel desinentiam masculinis propriam ostendunt: ܬܗܘܡܐ *abyssus*; ܙܒܢܐ *tempus*.

2) Nomina graeca genus originarium ut plurimum servant, quacumque terminatione donentur, neutris per desinentiam masculinam generatim expressis: ܐܓܪܘܣ ἀγρός (m.); ܐܣܛܠܐ στολή (f.), etc.

3) Feminina sive substantiva sive adjectiva saepe e masculinis enascuntur, addita terminatione respectiva: ܡܠܟܐ *rex* — ܡܠܟܬܐ *regina*; ܛܒܐ *bonus* — ܛܒܬܐ *bona*, etc.

EXERCITIUM.

Determinetur istorum nominum genus.

ܩܘܫܬܐ — ܡܪܝܡ — ܦܘܠܘܣ — ܢܝܢܘܐ — ܐܘܪܫܠܡ —
ܓܠܝܠ — ܐܪܥܐ — ܩܘܪܢܬܐ — ܟܠܒܬܐ — ܥܒܕ — ܥܒܕܐ —
ܥܒܕܘܬܐ — ܪܓܠ — ܡܠܟܐ — ܬܪܘܥܬܐ — ܬܫܡܫܬܐ — ܡܪܝܡ
— ܡܪܝܡܬܐ — ܢܗܪ — ܪܘܚ — ܪܘܚܬܐ — ܙܒܢܐ — ܢܦܫ
— ܟܗܢܐ — ܟܗܢܘܬܐ — ܐܠܗܝ — ܢܦܫ — ܢܦܫܬܐ —
ܦܓܪܐ — ܦܘܪܫܐ — ܦܝܠܘܣܦܐ※

LECTIO 19.

De statu absoluto.

94. — **Status absolutus** dicitur forma nominis simplicissima. Haec in masculinis est ipsa forma nuda; in femeninis ut plurimum forma aucta terminatione ܐ[1]. Status absolutus indeterminationem exprimit nominis: ܝܠܕ *genitor (quidam)*; ܝܠܕܐ *genitrix (quaedam)*.

95. — Pluralis fit per terminationes:

a) ܝܢ in masculinis: ܝܠܕܝܢ *genitores*.

b) ܢ in femeninis: ܝܠܕܢ *genitrices*.

96. — *Adnot.* — Status absolutus in Lingua syriaca paulatim obsolevit, locum cedens st. emphatico.

VOCABULARIUM.

ܐܝܟ	sicut	ܐܦ	etiam
ܐܠܗ	Deus	ܓܒܪ	vir
ܐܠܗܐ	„	ܗܝܟܠܐ	templum
ܐܠܦ	mille	ܗܠܝܢ	hi, hae
ܐܢ	si	ܚܕ	unus
ܐܢܫ	homo	ܝܘܡ	dies

[1] Cfr. terminationem femeninam ה ָ in Lingua hebraica.

ܠ	ad, in, coram	ܡܪܝܐ	Dominus
ܠܐ	non	ܩܕܝܫ	sanctus
ܠܚܡܐ	panis	ܫܢܬܐ	annus
ܡܒܪܟ	benedictus	ܫܦܝܪ	pulcher
ܡܕܝܢܬܐ	civitas	ܬܪܝܢ	duo
ܡܢ	ab, ex	ܬܪܬܝܢ	duae

EXERCITIUM.

ܡܒܪܟ ܗܘ[1] ܡܪܝܐ ܐܠܗܐ ܕܐܝܣܪܝܠ[2]* — ܡܢ ܡܕܝܢܬܐ ܠܡܕܝܢܬܐ*
— ܐܢ ܐܢܬܬܐ ܩܕܝܫܬܐ ܐܦ ܓܒܪܐ* — ܐܠܦ ܫܢܝܢ ܐܝܟ ܝܘܡܐ
ܚܕ ܠܡܪܝܐ* — ܗܠܝܢ ܫܦܝܪ̈ܢ* — ܬܪܝܢ ܓܒܪ̈ܝܢ ܣܠܩܘ[3]
ܠܗܝܟܠܐ* — ܠܚܡܐ ܡܒܪܟܐ ܒܣܝܡ* — ܗܠܝܢ ܫܦܝܪ̈ܢ* —
ܠܐܠܗܐ ܠܐ ܐܢܫ ܡܢ ܥܠܡ ܚܙܝܗܝ[4]* — ܬܪܬܝܢ ܫܢܝܢ ܠܐ ܡܫܬܚܠܦܢ[5]
ܐܠܗܐ ܡܘܡܬܗ[6]* — ܠܡܪܝܐ ܫܘܒܚܐ ܒܟܠ ܒܟܠܗܝܢ*

[1] *Sit.* — [2] *Israel (gen.).* — [3] *ascenderunt.* — [4] *vidit.* — [5] *mutantur.*
[6] *iuramentum eius.*

LECTIO 20.

De statu emphatico.

97. — **Status emphaticus** — qui proprius est Linguae aramaicae — constituitur per specialem terminationem, formae simplici nominis adnexam, cum valore articuli determinativi. At primigenius determinationis sensus ut plurimum evanuit, et nomina in statu emphatico significationem tum *determinatam* tum *indeterminatam* induunt: ܓܰܒܪܳܐ *vir* (*ἀνήρ* aut *ὁ ἀνήρ*).

98. — Status emphaticus **praedominans est** et uti forma nominum originaria universim jam consideratur. Ejus communiores desinentiae sunt:

Sing. { pro masculinis ܳܐ[1]: ܡܰܠܟܳܐ *rex.*
pro femininis ܬܳܐ: ܡܰܠܟܬܳܐ *regina.*

Plur. { pro masculinis ܶܐ: ܡܰܠܟܶܐ *reges.*
pro femininis ܳܬܳܐ: ܡܰܠܟܳܬܳܐ *reginae.*

99. — *Adnot.* — 1) Multa inveniuntur nomina masculina quae in plurali terminationem femininam usurpant et vicissim: ܝܰܘܡܳܐ (m.) *dies*=ܝܰܘܡܳܬܳܐ; ܚܶܛܬܳܐ (f.) *frumentum*=ܚܶܛܶܐ, etc.

2) Mutationes quas nomina subeunt ab statu absoluto ad emphaticum transeundo, juxta regulas generales (75—79) fiunt: ܡܰܠܟܳܐ (pro ܡܰܠܶܟܳܐ) a ܡܠܶܟ (pro ܡܰܠܶܟ) *rex*; ܥܶܓܠܬܳܐ (pro ܥܶܓܶܠܬܳܐ) a ܥܶܓܠܳܐ *vitula*, etc.

EXERCITIUM.

Efformetur tum status emphaticus tum plurale respectivum horum nominum.

a) *masculina.*

ܓܶܢܒܪ — ܠܶܒ — ܥܰܡ — ܫܶܡ — ܓܽܒ — ܐܰܠܳܗ — ܢܰܦܫ
— ܥܳܠܰܡ — ܥܒܶܕ — ܩܰܛܝܠ — ܢܽܘܗܪ — ܢܰܗܪ — ܡܰܓܠܠ*

[1] Animadverte eamdem esse in sing. terminationem masc. emph. ac fem. absolutam. At paucis in nominibus uterque datur status.

b) *feminina.*

ܫܢܳܐ — ܚܶܡܬܳܐ — ܟܠܬܳܐ — ܡܕܝܢܬܳܐ — ܐܶܓܪܬܳܐ — ܩܪܝܬܳܐ —
ܓܢܰܒܬܳܐ — ܐܰܪܥܳܐ — ܡܰܥܡܘܕܝܬܳܐ — ܚܶܛܬܳܐ — ܥܶܓܠܬܳܐ — ܪܽܘܚܳܐ —
ܡܶܠܬܳܐ*

LECTIO 21.

De quibusdam nominibus quae plurale emphaticum peculiariter efformant.

A) Masculina.

100. — Nomina desinentia in ܝܳܐ — paucis exceptis — in plurali hanc terminationem servant (=ܝܶܐ)[1] vel illam in ܘܳܬܳܐ convertunt: ܓܰܕܝܳܐ *haedus*=ܓܰܕܝܶܐ; ܐܳܣܝܳܐ *medicus*=ܐܳܣܘܳܬܳܐ, etc.[2]

101. — Plurale emphaticum in ܳܢܶܐ — ut ex ܡܶܫܚܳܐ *oleum*, pl. ܡܶܫܚܳܢܶܐ — ostendunt sequentia:

ܐܺܒܳܐ*[3]	fructus	ܥܰܡܪܳܐ	lana
ܣܰܡܳܐ	medicamen	ܒܶܣܪܳܐ*	caro
ܒܶܣܡܳܐ*	aroma	ܓܶܢܣܳܐ*	genus
ܪܺܝܚܳܐ	odor	ܓܰܢܒܳܪܳܐ	potens
ܚܰܡܪܳܐ*	vinum	ܟܽܘܡܪܳܐ*	sacerdos
ܓܰܘܢܳܐ*	color	ܪܰܒܳܐ[4]	praeceptor

[1] Haec erat in origine desinentia propria st. emphatici (=*ajjô* ex *ajajjô*) quae in quibusdam nominibus, ut ܒܢܰܝܳܐ *filii*, ܫܢܰܝܳܐ *anni*, et in radicibus tertiae *infirmae* adhuc servata est.

[2] Mutatio vocalium diversimode evenit juxta diversos nominum typos de quibus infra in Lect. 54 et sqs.

[3] Asterisco notata plurale etiam regulare habent.

[4] Plur. etiam ܪܰܒܶܐ. Sed ܪܰܘܪܒܳܢܶܐ *magnates.*

B) Feminina.

102. — Nomina desinentia in ـܬܳܐ, ـܝܬܳܐ, ـܘܬܳܐ, plurale respective habent in ـܘ̈ܳܬܳܐ, ـܝ̈ܳܬܳܐ, ـܘ̈ܳܬܳܐ. Ex. gr.: ܡܢܳܬܳܐ *pars*=ܡܢܰܘ̈ܳܬܳܐ; ܛܠܺܝܬܳܐ *puella*=ܛܠܝ̈ܳܬܳܐ; ܡܰܠܟܽܘܬܳܐ *regnum*=ܡܰܠܟܘ̈ܳܬܳܐ.

103. — Perplura nomina feminina in plurali terminatione emphatica ipsis propria privantur et viceversa: ܐܣܬܳܐ *paries*=ܐܣ̈ܶܐ; ܫܳܥܬܳܐ *hora*=ܫܳܥ̈ܶܐ; sed ܐܰܪܥܳܐ *terra*=ܐܰܪ̈ܥܳܬܳܐ, etc.

104. — Multa alia cum desinentia masculina in singulari, plurale ad instar masculinorum efformant vel terminationes assumunt utriusque generis: ܒܽܘܪܟܳܐ *genu*=ܒܽܘܪ̈ܟܶܐ; ܓܶܦܳܐ *ala*=ܓܶܦ̈ܶܐ et ܓܶܦ̈ܳܬܳܐ, etc.

105. — In quibusdam nominibus ܬ *desinentiae emphaticae* ita tractatur ac si ad radicem pertineret; in aliis vero ܬ radicale ut terminatio emphatica consideratur. Ita ܚܶܡܬܳܐ *ira*=ܚܶܡ̈ܳܬܳܐ (pro ܚܶܡ̈ܬܳܐ); e contra ܐܶܫܬܳܐ *fundus*=ܐܶܫ̈ܳܬܳܐ (e rad. ܫܬܳ), etc.

106. — *Adnot.* — Nomina graecae originis plurale diversimode formant:

a) quae desinunt in ـܺܝ, pluralia communiter fiunt more Syrorum: ܛܶܟܢܺܝ τέχνη=ܛܶܟ̈ܢܶܐ; ܡܽܘܕܺܝܣ μόδιος=ܡܽܘܕ̈ܝܳܘܣ.

b) desinentiae plurales οι, αι, εις, α, ας, convertuntur respective in ـܘܳ, ـܐ, ـܶܣ, ـܐ, ـܣ (ـܐܣ vel ـܘܣ): σύνοδοι=ܣܽܘܢܳܗܕܳܘ; διαθῆκαι=ܕܺܝܰܬ̈ܺܩܶܐ; τάξεις=ܛܰܟ̈ܣܶܣ; εὐαγγέλια=ܐܶܘܰܢ̈ܓܶܠܝܳܐ; οὐσίας=ܐܽܘ̈ܣܝܰܣ.

c) terminationem ـܛܳܐ vel ـܛܰܐ retinent plura nomina quorum singulare exit in ـܐ: ܕܳܘܓܡܰܛܰܐ δόγματα, a ܕܳܘܓܡܰܐ.

EXERCITIUM.

Plurale formetur nominum subsequentium.

ܚܰܡܪܳܐ — ܬܰܢܳܐ — ܦܬܳܪܳܐ — ܚܰܕܬܳܐ — ܬܶܠܡܺܝܕܬܳܐ — ܓܰܢܬܳܐ — ܐܣܬܳܐ — ܡܰܠܟܬܳܐ — ܡܕܺܝܢܬܳܐ — ܐܰܒܳܐ — ܚܰܝܘܬܳܐ — ܓܶܦܳܐ — ܟܢܘܫܬܳܐ — ܫܢܬܳܐ — ܐܰܪܥܳܐ — ܚܰܕܬܳܐ — ܐܰܝܠܳܐ — ܢܰܦܫܳܐ — ܐܝܕܳܐ —

ܦܶܬܳܐ — ܐܶܣܬܳܐ — ܢܰܦܫܬܳܐ — ܟܪܺܝܗܬܳܐ — ܟܢܽܘܫܬܳܐ — ܡܰܟܬܰܒܬܳܐ — ܫܢܬܳܐ — ܬܶܠܡܺܝܕܬܳܐ — ܐܶܫܬܳܐ — ܓܢܰܒܬܳܐ — ܐܰܚܳܐ — ܡܢܳܬܳܐ — ܠܶܟܣܺܝܣ ※(pl. λέξεις) — ܩܠܺܝܡܰܐ (κλίμα) — ܩܠܺܝܪܺܝܩܳܐ (κλήρικος)

LECTIO 22.

De statu constructo.

107. — Relatio genitivi exprimitur per contractionem quamdam nominis regentis, qua nomini recto arctissime conjungatur et quasi in unicam vocem coalescat, hoc altero intacto manente. Talis nominis regentis status vocatur **constructus**. Contractio nominum in statu constructo efficit ut nomen regens: a) accentum amittat — b) apocopetur dempta[1] aut mutata terminatione — c) vocales ipsius plerumque corripiantur.

108. — *Forma* nominum *apocopata* enascitur:

a) pro masculinis { Sing.=*per elisionem terminationis* ـܳܐ[2]. Plur.=*per mutationem desinentiae in* ـ̈ܰܝ.

b) pro femininis { Sing.=*per contractionem terminationis* ـܬܳܐ, ـܘܬܳܐ, ـܝܬܳܐ *in* ـܰܬ, ـܘܬ, ـܝܬ (vel ـܬ). Plur.=*per contractionem desinentiae* ـܳܬܳܐ *in* ـܳܬ.

---

[1] Licet forma nominum contracta tum status absoluti tum status constructi et tempore et re prior sit formâ emphaticâ, propter usum tamen istius in Lingua syriaca praedominantem, mos invaluit apud Grammaticos illam ut secundariam habere atque a st. emphatico constanter deducere.

[2] Ex quo fit ut nomen redeat ad formam st. absoluti. Nomina vero tum masculina pluralia tum femenina in utroque numero, vocales servant st. absoluti respectivi, cui terminationem constructam tantum adnectunt. Regulae igitur inferius tradendae pro contractione nominum in st. constructo valent simul pro statu absoluto.

109. — Nomina quae vocales *immutabiles* habent, has servant in statu constructo; caetera vero illas modificant juxta diversas *nominum classes* ad quas pertinent (de quibus in Lect. 54 et sqs.).

EXEMPLA.

	St. abs.	St. emph.	St. constr.	Versio
Masc. sg.	ܛܘܪ	ܛܘܪܐ	ܛܘܪ ܐܠܗܐ	*mons Dei*
pl.	ܛܘܖ̈ܝܢ	ܛܘܖ̈ܐ	ܛܘܖ̈ܝ ܐܠܗܐ	*montes Dei*
sg.	ܟܬܒ	ܟܬܒܐ	ܟܬܒ ܡܠܟܐ	*liber regis*
pl.	ܟܬܒܝܢ	ܟܬܒ̈ܐ	ܟܬܒ̈ܝ ܡܠܟܐ	*libri regis*
sg.	ܪܓܠ	ܪܓܠܐ	ܪܓܠ ܐܢܫܐ	*pes hominis*
pl.	ܪ̈ܓܠܝܢ	ܪ̈ܓܠܐ	ܪ̈ܓܠܝ ܐܢܫܐ	*pedes hominis*
Fem. sg.	ܒܬܘܠܐ	ܒܬܘܠܬܐ	ܒܬܘܠܬ ܨܗܝܘܢ	*virgo Sion*
pl.	ܒܬܘ̈ܠܢ	ܒܬܘ̈ܠܬܐ	ܒܬܘ̈ܠܬ ܨܗܝܘܢ	*virgines Sion*
sg.	ܕܡܘ	ܕܡܘܬܐ	ܕܡܘܬ ܪܝܫܐ	*effigies principis*
pl.	ܕܡܘ̈ܝܢ	ܕܡܘ̈ܬܐ	ܕܡܘ̈ܬ ܪܝܫܐ	*effigies* (pl.) *principis*
sg.	ܒܪܝܐ	ܒܪܝܬܐ	ܒܪܝܬ ܥܠܡܐ	*creatura mundi*
pl.	ܒܪ̈ܝܢ	ܒܪ̈ܝܬܐ	ܒܪ̈ܝܬ ܥܠܡܐ	*creaturae mundi*

Adnotanda.

110. — Nomina pluralia in ܐ̈ desinentia, ܝܢ contrahunt cum terminatione ̈ܝ st. constructi: ܫܢ̈ܝܐ *anni*=ܫܢ̈ܝ (non ܫܢ̈ܝܝ). — Excipiuntur participia et adjectiva ex radicibus *tertiae* ܝ: ܕܟ̈ܝܐ *puri*= ܕܟ̈ܝܝ. Haec in st. cons. sing. exeunt in ܐ vel ܝ: ܩܫܝܐ *durus*= ܩܫܐ; ܡܓܠܝܐ *revelatus*=ܡܓܠܝ (cfr. Lect. 55).

111. — **Status constructus** nominum in Lingua syriaca parum jam usurpatur. Relatio genitivi potissimum exprimitur mediante particula ܕ nomini recto praeposita. Ex. gr.: ܛܘܪܐ ܕܐܠܗܐ loco ܛܘܪ ܐܠܗܐ *mons Dei.*

VOCABULARIUM.

ܐܒܐ	pater	ܡܠܐܟܐ	angelus
ܐܘ	aut, vel	ܡܠܟܘܬܐ	regnum
ܐܪܥܐ	terra	ܡܫܝܚܐ	Christus
(praefix.) ܒ	in	ܢܫ̈ܐ	mulieres
ܒܪܐ	filius	ܣܐܡܐ	argentum
ܒܢܝܐ	filii	ܥܠ	super
ܒܪܐ	creavit	ܩܘܕܫܐ	sanctitas
ܕܗܒܐ	aurum	ܪܘܚܐ	spiritus
(praefix.) ܘ	et	ܪܫܐ	caput, initium
ܛܒܐ	bonum	ܫܠܝܚܐ	apostolus
ܐܝܕܐ	manus	ܫܠܡܐ	pax, salus
ܟܗܢܐ	sacerdos	ܫܡܐ	nomen
(praefix.) ܠ	*praep. acc. et dativi*	ܫܡܝܐ	coelum, coeli *(pl.)*
ܡܘܬܐ	mors		

EXERCITIUM.

ܒܪܫܝܬ ܒܪܐ ܐܠܗܐ ܝܬ[1] ܫܡܝܐ ܘܝܬ[1] ܐܪܥܐ* — ܡܠܐܟܐ ܕܫܡܝܐ
ܒܢܝ ܒܢܝܐ ܐܢܘܢ[2]* — ܡܩܒܠܝܢܢ[3] ܠܛܒܬܐ ܡܢ ܐܝܕ ܐܠܗܐ* —

[1] *Praep. accusativi.* — [2] *sunt.* — [3] *accipimus.*

ܘܐܡܪܝܢ[1] ܕܟܠ ܡܘܬܐ ܚܢܢ ܗܘ[2] ܡܘܬܐ* — ܘܐܬܚܙܝ[3] ܒܪܩܝܥܐ ܡܠܐܟܐ ܕܫܡܝܐ* — ܐܝܟ ܕܟܬܝܒ. ܐܦ ܡܢ ܐܝܠܝܢ ܕܐܬܚܙܝ ܒܝܕ[4] ܢܦܫܟ ܡܫܝܚܐ* — ܣܗܕ ܕܐܠܗܐ ܕܡܠܐ ܕܢܦܩܐ ܡܢܟܝܬܐ* — ܩܛܠܐ ܕܐܘܪܫܠܡ ܕܢܦܘܩ ܡܫܝܚܐ* — ܐܝܬܘ ܠܝ[5] ܩܠܝܬܐ ܕܡܘܙܓܐ ܐܘ ܕܩܢܛܪܐ ܐܘ ܕܚܫܟܐ ܐܘ ܕܐܣܛܘܡܟܐ ܐܘ ܕܦܪܙܠܐ* — ܥܡܐ ܕܩܠܝܬܐ ܒܝܬ ܕܡܥܠܐ ܕܫܠܝܚܐ* — ܚܝܡ ܐܢܐ ܕܒܝܬܐ ܘܫܘܟܐ ܕܩܘܕܫܐ*

LECTIO 23.

De Adjectivis deque comparationis gradibus.

112. — Adjectiva quoad formam et flexionem cum Substantivis conveniunt[6]: ܒܝܫ — ܒܝܫܐ *malus*; ܒܝܫܐ — ܒܝܫܬܐ *mala*. Pl. = ܒܝܫܝܢ — ܒܝܫ̈ܐ *mali*; ܒܝܫܢ — ܒܝܫ̈ܬܐ *malae*.

113. — Adjectiva *st. constructum* etiam admittunt: ܥܡܐ ܩܫܐ ܪܥܝܢܐ *populus durus mente*, i. e. *durae mentis*.

114. — Adjectivorum inopia, qua Lingua syriaca laborat, hisce praecipue modis suppletur:

a) per substantivum in genitivo, materiam aut qualitatem praeprimis indicante: ܡܐܢ̈ܐ ܕܕܗܒܐ *vasa auri*, i. e. *aurea*; ܪܘܚܐ ܕܩܘܕܫܐ *spiritus sanctitatis*, i. e. *sanctus*.

b) per substantivum absolute positum aut praepositione ornatum: ܐܢܐ ܓܝܪ ܒܣܪ ܐܢܐ *ego igitur caro sum*, i. e. *carnalis*; ܒܪܘܓܙܗ *in ira sua*, i. e. *iratus*.

[1] *et dicunt.* — [2] *est.* — [3] *et apparuit.* — [4] *per.* — [5] *afferte mihi.*

[6] Leves discrepantiae, quas hic illic in flexione ostendunt, suis quoque locis notantur.

c) per circumlocutionem quamdam ope nominum: ܒܪ *filius*, ܒܪܬ *filia*, ܒܥܠ *possessor*, ܡܪܐ *dominus*, ܪܫ *caput*, ܪܒ *magnus*, ܒܝܬ *domus* et alia hujusmodi: ܒܪ ܗܪܣܝܣ *filius haeresis*, i. e. *haereticus*; ܒܥܠ ܬܚܘܡܐ *possessor limitis*, i. e. *finitimus*; ܡܪܐ ܥܘܬܪܐ *dominus divitiarum*, i. e. *dives*; ܪܒ ܒܝܬܐ *maior domus*, i. e. *praepositus domus*; ܪܫ ܟܘܡܪ̈ܐ *ὁ ἀρχιερεύς*.

115. — **Comparativus** significatur, more Hebraeorum, praepositione ܡܢ *prae* (=*quam*) ante comparationis terminum posita[1]: ܚܟܝܡ ܡܢ ܟܠܐܢܫ *sapiens prae omnibus*, i. e. *sapientior omnibus*. — Nonnumquam particula ܡܢ adverbiis ܝܬܝܪ *magis*, ܛܒ *valde*, ܣܓܝ *multum* roboratur: ܛܘܒܘܗܝ ܠܐܢܫ ܕܝܗܒ ܝܬܝܪ ܡܢ ܐܢܫ ܕܢܣܒ *beatus est qui dat multo magis quam qui recipit*.

116. — **Superlativus** diversimode exprimitur:

a) positivo in st. constructo, quem genitivus pl. nominis sequitur: ܫܝܛ ܐܢܫ̈ܐ *abjectissimus hominum*.

b) positivo in st. tum emphatico, tum constructo, cum plurali nominis praemissa particula ܒ vel ܕ. Ex. gr.: ܙܥܘܪܬܐ ܒܡܠܟ̈ܐ *minima in regibus*, i. e. *inter regias urbes*; ܫܦܝܪܬܐ ܒܢܫ̈ܐ *pulcherrima mulierum*; ܙܥܘܪܗܘܢ ܕܫܠܝ̈ܚܐ *minimus apostolorum*.

c) adjectis adverbiis ܝܬܝܪ, ܛܒ, ܣܓܝ. Ex. gr.: ܟܐܦܐ ܣܓܝ ܡܝܩܪܐ *lapis valde pretiosus*, i. e. *pretiosissimus*.

d) repetitione nominis in genitivo: ܡܠܟ ܡܠܟ̈ܐ *rex regum*, i. e. *potentissimus*.

e) geminatione adjectivi pro adverbiis: ܒܝܫ ܒܝܫ *valde malum*=*pessime*.

[1] In Bibliis ex graeco translatis loco ܡܢ occurrit interdum particula ܐܘ (ex ἤ) cum significatione comparativa, ex gr.: ܠܐܪܥܐ ܕܣܕܘܡ ܬܗܘܐ ܢܝܚ ܒܝܘܡܐ ܕܕܝܢܐ ܐܘ ܠܟܝ *terrae Sodomorum remissius erit in die judicii quam tibi (Capharnaum).*

VOCABULARIUM.

ܐܚܪܢܐ	alius	ܛܒܐ	bonus
ܐܢܬ	tu	ܛܝܒܘܬܐ	gratia
ܐܬܐ	venit	ܥܬܝܪܐ	dives
ܒܣܪܐ	caro	ܡܕܒܚܐ	altare
ܦܓܪܐ	corpus	ܡܛܠ ܕ	quia
ܓܝܪ	enim, quidem	ܡܣܟܢܐ	pauper
(*suff.*) ܗ	ejus	ܡܪܝܐ	Dominus
ܗܐ	ecce	ܢܘܗܪܐ	lumen
ܙܥܘܪܐ	parvus	ܣܓܝܐܐ	multus, magnus
ܚܝܐ	vivus	ܨܠܡܐ	imago
ܚܝܘܬܐ	animal	ܪܒܐ	magnus
ܚܟܝܡܐ	sapiens	ܫܥܬܐ	hora

EXERCITIUM.

ܘܚܘܝܐ ܚܟܝܡ ܗܘܐ ܡܢ ܟܠܗܘܢ ܚܝܘܬܐ ܕܕܒܪܐ* — ܗ̇ܝ ܗ̇ܝ ܗ̇ܝ ܡܕܝܢܬܐ ܪܒܬܐ ܠܟܠ ܡܕܝܢܬܐ ܕܒܥܠܡܐ. ܡܛܠ ܕܩܪܒܬ ܫܥܬܐ ܐܬܐ ܐܡܝܢ* — ܠܟ ܗܘ[1] ܓܝܪ ܡܣܟܢܐ ܕܢܚܐ ܘܡܫܪܐ ܒܟܠܗܘܢ ܡܢ ܒܢܝܢ ܐܝܟܢܐ ܒܟܠܗܘܢ* — ܐܝܬ ܡܠܟܐ ܚܝܐ ܗܘܝܬ[2]. ܘܗܘܐ ܨܠܡܐ ܚܝ ܪܒܐ ܕܠܟ ܐܢܘܢ ܢܚܙܐ* — ܥܡܝܩ ܠܟܘ ܡܠܟܘܬܗ ܕܠܡܟܘܬܐ. ܡܪܝܐ ܒܫܡܝܐ[3]. ܒܢܗܘܪܗ ܚܝܠܐ* — ܐܝܟ ܐܢܘܢ[4] ܙܕܝܩܐ ܒܪܝܫܐ. ܘܫܡܝܐ[4] ܢܗܝܪܝܢ ܡܢ ܢܗܝܪܐ. ܫܡܫܐ ܘܣܗܪܐ ܘܟܘܟܒܐ ܕܥܠܡܐ* — ܚܝܐ ܡܢ ܡܣܟܢܐ ܐܚܪܢ ܦܪܘܨܘܦܝܗܘܢ[5] ܕܓܒܝܐ* — ܘܐܬܐ ܚܝܠܬܢ ܐܝܟ ܘܩܡ[6] ܥܠ ܡܕܒܚܐ. ܘܐܝܬ ܠܗ[7] ܥܬܝܪܐ ܕܐܪܥܐ* — ܟܠ ܡܣܟܢܐ ܠܨܠܡܐ ܘܡܫܡܫܢܐ ܡܢ ܫܡܝܐ ܢܚܬܐ[8] ܡܢ ܐܪܥܐ ܕܢܘܗܪܐ* — ܡܬܢܚܬܐ ܐܢܘܢ[4] ܓܝܪ ܡܫܝܢܐ. ܘܐܬܘܐ ܒܟܢܫܐ* — ܐܝܬܘܗܝ ܗܘ[1] ܡܠܟܐ ܕܡܠܟ̈ܐ ܘܡܪܐ ܕܡܪ̈ܘܬܐ[9]*

[1] *est.* — [2] *aspiciebas.* — [3] *tecum.* — [4] *sunt.* — [5] *fulgidiores erunt vultus electorum.* — [6] *et stetit.* — [7] *et habebat.* — [8] *descendens.* — [9] pl. irr. ex ܡܪܐ.

LECTIO 24.

De particulis ܒ, ܕ, ܘ, ܠ *et* ܡܢ.

117. — Particulae inseparabiles ܒ *in, cum,* ܕ *qui, quae, quod,* ܘ *et,* ܠ *ad, in, versus* (vox memorialis ܒܕܘܠ) vocabulis praefiguntur:

a) *absque vocali,* si prima vocis consonans vocali jam ornetur: ܒܥܝܢܐ *in oculo;* ܠܥܠܡܝܢ *in saecula.*

b) *cum vocali* —ܶ [1], *rarius* —ܺ [2], si prima littera vocali careat vel vocalem habeat a subsequenti ܐ mutuatam (36 *b*): ܘܫܡܐ *et nomen;* ܒܟܬܒܐ *in chirographo;* ܕܫܐܠ *qui petit.*

c) duabus vel pluribus accedentibus, unaquaeque respectum habet sequentis consonantis: ܕܒܫܡܝܐ (ܕ + ܒ + ܫܡܝܐ) *qui in coelis.*

d) ante ܐ vocali instructum vel ܝ, istorum vocales attrahunt[3]: ܠܐܒܐ *ad patrem* (ex ܠ + ܐܒܐ); ܒܝܕܥܬܐ *in scientia* (ex ܒ + ܝܕܥܬܐ). — Excipitur casus in quo binae vel plures ante ܐ occurrant: ܠܕܐܡܪ *ei qui dicit* (ex ܠ + ܕ + ܐܡܪ).

118. — Praepositio ܡܢ plerumque separatim, saepe tamen vocibus praefixa invenitur cum assimilatione litterae ܢ: ܡܚܕܐ (pro ܡܢ ܚܕܐ) *subito;* ܡܟܝܠ (pro ܡܢ ܟܝܠ) *nunc.*

119. — *Adnot.* — Nomina ܝܫܘܥ (penes Nestorianos ܝܫܘܥ) *Iesus,* ܝܗܘܕܝܐ *Iudaeus,* ܪܗܘܡܝܐ *Romanus* cum praefixis ܒܕܘܠ proferuntur apud Orientales: ܠܝܫܘܥ *ad Iesum,* ܠܝܗܘܕܝܐ *ad Iudaeos,* ܠܪܗܘܡܝܐ *ad Romanos.*

[1] Quae vocalis originaria fuit particulis ܘ et ܠ, et deinde etiam ad ܒ transivit, licet istius forma primigenia ܒܶ fuisse censeatur. Relativum ܕ ex forma antiquiori ܕܝ procedit (cfr. 152, nota).

[2] Hoc praesertim contingit in vocibus quae exordiuntur ab ܐ advèntitio, quodque occultatur propriam vocalem ad praefixum transferendo (81).

[3] Hoc tamen non valet pro Syris Orientalibus.

VOCABULARIUM.

ܐܡܪ	dixit	ܠܝ	mihi
ܐܡܪܐ	agnus	ܗܪܟܐ	hinc
ܒܝܬܐ	domus	ܢܡܘܣܐ	lex
ܒܪܝܬܐ	creatura	ܣܒܪܐ	spes
ܡܨܥܬ	medium	ܥܕܡܐ	usque
ܐܦ	igitur	ܥܡ	cum
ܗܘܐ	fuit	ܥܢܐ	grex, pecus
ܚܝܐ	vita	ܦܘܩܕܢܐ	praeceptum
ܝܡܐ	mare	ܪܥܝܐ	pastor
ܠܒܐ	cor	ܫܘܒܚܐ	gloria, laus

EXERCITIUM.

ܫܘܒܚܐ ܠܐܠܗܐ ܒܡܪܘܡܐ. ܘܥܠ ܐܪܥܐ ܫܠܡܐ ܘܣܒܪܐ ܛܒܐ ܠܒܢܝ ܐܢܫܐ* — ܠܐ ܢܛܪܘ ܗܘܘ[1] ܒܢܝ ܐܝܣܪܝܠ ܠܦܘܩܕܢܐ ܘܠܢܡܘܣܐ ܕܡܘܫܐ* — ܦܬܚ[2] ܡܪܝܐ ܥܠ ܒܪܝܬܐ ܕܒܫܡܝܐ ܘܒܐܪܥܐ ܘܒܡܨܥܬܗ ܡܢ ܐܪܥܐ ܘܐܦ ܝܡܐ* — ܘܐܡܪ ܠܗܘܢ[3] ܠܐ ܬܥܒܪܘܢ[4] ܡܢ ܒܝܬܐ ܠܒܝܬܐ* — ܪܥܝܐ ܛܒܐ ܕܡܢ ܡܨܥܬ ܥܢܐ ܐܡܪܐ ܡܨܥܬܐ ܥܡܗ. ܗܒ[5] ܠܝ ܐܡܪܐ* — ܗܘܐ ܐܦ ܥܕܡܐ ܡܢ ܦܘܩܕܢܐ ܗܟܢ ܢܛܘܪ. ܬܗܒ ܒܫܘܒܚܐ* — ܐܠܗܐ ܠܗ ܠܐܝܣܪܝܠ ܘܠܒܪܝܬܐ ܟܠܗ* — ܘܠܒܪܢܫܐ ܐܬܠ ܠܟ[6] ܡܢ ܦܐܪܐ ܕܚܝܐ* — ܬܗܘܐ[7] ܫܡܗ ܕܡܪܢ ܡܒܪܟ ܡܢ ܗܫܐ ܘܥܕܡܐ ܠܥܠܡ* — ܠܐ ܐܬܐ[8] ܡܠܟܘܬܗ ܕܐܠܗܐ ܒܚܘܪܐ* — ܟܠ ܕܝܠܗ ܕܝܠܗ[9] ܪܥܝܐ ܛܒܐ ܗܘܐ ܥܠ ܥܢܗ* — ܡܢ ܕܠܐ ܥܐܠ[10] ܡܢ ܬܪܥܐ ܠܕܝܪܐ ܕܥܢܐ ܓܢܒܐ[11] ܗܘ ܘܓܝܣܐ* — ܘܥܡܗ[12] ܬܪܝܢ ܐܚܪܢܝܢ ܚܕ ܗܪܟܐ ܘܚܕ ܗܪܟܐ. ܘܝܫܘܥ ܒܡܨܥܬܐ*

---

[1] *non custodierunt.* — [2] *tua est.* — [3] *eis.* — [4] *nolite transire.* — [5] *aperi.* — [6] *dabo.* — [7] *sit.* — [8] *venit.* — [9] *i. e. Dei.* — [10] *qui non intrat.* — [11] *fur est.* — [12] supple: *crucifixerunt.*

CAPUT II.

De Pronominibus.

LECTIO 25.

De Pronomine personali.

120. — Pronomen personale apparet:

a) sub forma *absoluta*
b) sub forma *enclitica*
c) sub forma *suffixorum.*

121. — Formae absolutae pronominis personalis indicant subjectum in nominativo seu nominativum ejusdem pronominis constituunt, ut sequitur:

Singularis			Pluralis		
1. c.	ܐܢܐ	*ego*	1. c.	ܚܢܢ, ܐܢܚܢܢ[2]	*nos*
2. m.	ܐܢܬ	*tu*	2. m.	ܐܢܬܘܢ	*vos*
2. f.	ܐܢܬܝ	*tu*	2. f.	ܐܢܬܝܢ	*vos*
3. m.	ܗܘ[1]	*ille*	3. m.	ܗܢܘܢ	*illi*
3. f.	ܗܝ	*illa*	3. f.	ܗܢܝܢ	*illae*

122. — *Adnot.* — 1) ܝ finale 2. s. f. silet in pronuntiatione (76, *d*).

2) Pronomina personalia saepe verbum substantivum implicite continent: ܚܢܢ ܥܒܕܝܟ *nos (sumus) servi tui.*

---

[1] Nota hujusmodi puncta quibus afficiuntur formae tertiae pers. quaeque numquam fere ommittuntur, etiam in textibus vocalisatis. Orientales: ܗܘ, ܗܝ.
[2] Originarie ܐܢܚܢ. Neutra tamen forma occurrit in Litteratura syriaca; raro tantum ܢܚܢܢ ut vox bisyllaba.

3) Pronomen 3. pers. haud raro valorem induit simplicis articuli[1]: ܗܽܘ ܝܶܫܽܘܥ ὁ Ἰησοῦς.

4) Animadverte constructionem: ܗܽܘ ܗܽܘ *idem*; ܗܳܝ ܗܳܝ *eadem*, etc.

VOCABULARIUM.

ܐܰܝܟܳܐ	ubi	ܠܶܗ	ei
ܐܰܢ̱ܬܬܳܐ	mulier	ܡܰܝ̈ܳܐ	aqua, aquae (pl.)
ܒܰܥܠܳܐ	maritus	ܐܰܝܟܰܢܳܐ	quomodo
ܫܰܪܒܬܳܐ	genus	ܡܳܪܝ[2]	dominus meus
ܕܽܘܟܬܳܐ	locus	ܡܫܰܡܫܳܢܳܐ	minister
ܚܰܝܠܬܳܢܳܐ	fortis	ܢܽܘܗܪܳܐ	lux
ܚܶܫܽܘܟܳܐ	tenebrae	ܩܪܳܐ	vocavit
ܟܪܺܝܗܳܐ	infirmus	ܣܰܟܠܳܐ	stultus

EXERCITIUM.

ܡܒܰܪܟܺܝܢ ܐܰܢ̱ܬܽܘܢ ܕܡܳܪܝܳܐ܀ — ܐܶܢܳܐ ܐܶܗܘܶܐ[3] ܠܶܗ ܠܰܐܠܳܗܳܐ ܘܗܽܘ ܢܶܗܘܶܐ[4] ܠܺܝ ܒܪܳܐ܀ — ܘܩܪܳܐ ܐܠܳܗܳܐ ܠܰܐܕܳܡ: ܘܶܐܡܰܪ ܠܶܗ ܐܰܝܟܳܐ ܐܰܝܬܰܝܟ ܐܳܕܳܡ܀ — ܣܰܓܺܝ ܣܰܟ̈ܠܶܐ ܗܳܠܶܝܢ ܡܫܰܡܫܳܢܶܐ ܐܰܢ̱ܬܽܘܢ ܐܰܝܟ ܫܰܒܪ̈ܶܐ ܒܡܫܰܡܫܳܢܘܬܳܐ. ܣܰܓܺܝ ܪܚܺܝܡܺܝܢ ܘܰܐܢ̱ܬܽܘܢ ܚܰܝܠܬ̈ܳܢܶܐ܀ — ܐܰܝܟܰܢܳܐ ܓܶܝܪ ܝܳܕܥܳܐ[5] ܐܢ̱ܬܝ ܐܰܢ̱ܬܬܳܐ ܐܶܢ ܠܰܒܥܶܠܶܟܝ ܬܰܚܶܐ[6]܀ — ܗܳܢܽܘܢ ܐܶܢܽܘܢ ܕܢܦܰܩܘ[7] ܘܰܐܟܪܶܙܘ[7] ܒܟܽܠ ܐܰܬܰܪ܀ — ܠܳܐ ܗܽܘ ܗ̱ܘܳܐ ܢܽܘܗܪܳܐ: ܐܶܠܳܐ ܕܢܶܣܗܶܕ[8] ܥܰܠ ܢܽܘܗܪܳܐ܀ — ܘܗܽܘ ܢܽܘܗܪܳܐ ܒܚܶܫܽܘܟܳܐ ܡܢܰܗܰܪ[9]܀ — ܗܽܘ ܐܶܢ ܕܰܡܫܰܠܛ ܡܳܪܝ ܐܰܒܪܳܗܳܡ ܐܶܠܺܝܥܶܙܶܪ ܗ̱ܘܳܐ[10] ܗ̱ܘܳܐ[10] ܡܫܰܡܫܳܢܶܗ ܡܗܰܝܡܢܳܐ܀ — ܗܳܢܶܝܢ ܕܶܝܢ ܗܳܢܶܝܢ ܕܰܐܟܬܽܘܒ[11] ܠܟܽܘܢ[11] ܠܳܐ ܡܰܐܢܳܐ ܠܺܝ܀ — ܡܫܰܡܫܳܢ̈ܶܐ ܕܶܝܢ ܝܳܕܥܺܝܢ[12] ܗ̱ܘܰܘ[12]. ܕܗܶܢܽܘܢ ܡܠܰܘ[13] ܐܶܢܽܘܢ ܠܡ̈ܰܝܳܐ܀

---

[1] Tunc formae pl. ܗܶܢܽܘܢ, ܗܶܢܶܝܢ mutantur in ܐܶܢܽܘܢ, ܐܶܢܶܝܢ.

[2] vel «*domine (mi)*» in vocativo. Saepe applicatur, tamquam titulus dignitatis, viris ecclesiasticis aut sanctis=*beatus, sanctus.*

[3] *ero.* — [4] *erit.* — [5] *scis.* — [6] *salvum facies.* — [7] *abierunt et praedicarunt.* — [8] *ut testimonium daret.* — [9] *lucet.* — [10] *fuit.* — [11] *scribere vobis.* — [12] *sciebant.* — [13] *hauserant.*

LECTIO 26.

De Pronominis personalis forma enclitica.

123. — Pronomina personalia participiis et adjectivis postposita munere funguntur verbi substantivi; et tunc formam breviorem induunt quae **enclitica** vocatur. Potest esse *separata* vel *adnexa*, uti ex sequenti schemate apparet:

		SINGULARIS		PLURALIS	
		separata	connexa	separata	connexa
1.	m.	ܐ݁ܢܳܐ	ܢܳܐ	ܚܢܰܢ	ܢܰܢ
	f.	ܐ݁ܢܳܐ	—	ܚܢܰܢ	—
2.	m.	ܐܰܢ̱ܬ	ܬ	ܐܰܢ̱ܬܽܘܢ	ܬܽܘܢ
	f.	ܐܰܢ̱ܬܝ	ܬܝ	ܐܰܢ̱ܬܶܝܢ	ܬܶܝܢ
3.	m.	ܗܽܘ[1]	—	ܐܶܢܽܘܢ	—
	f.	ܗܝ[1]	—	ܐܶܢܶܝܢ	—

EXEMPLA.

Participium=ܩܳܛܶܠ *occidens*

Sing. 1.	m.	ܩܳܛܶܠ ܐ݁ܢܳܐ vel ܩܳܛܶܠܢܳܐ (ܩܳܛܠܢܳܐ)		*occidens sum*
	f.	ܩܳܛܠܳܐ ܐ݁ܢܳܐ	—	*occidens sum*
2.	m.	ܩܳܛܶܠ ܐܰܢ̱ܬ vel ܩܳܛܶܠܬ		*occidens es*
	f.	ܩܳܛܠܳܐ ܐܰܢ̱ܬܝ vel ܩܳܛܠܳܬܝ (ܩܳܛܠܰܬܝ)		*occidens es*
3.	m.	ܩܳܛܶܠ[2]	—	*occidens est*
	f.	ܩܳܛܠܳܐ[2]	—	*occidens est*

---

[1] Vocalem propriam vocabulo praecedenti transferendo vel cum extrema ipsius vocali diversimode (ut infra) contrahendo.

[2] Tertia pers. tam masc. quam fem. non admittit in participiis — utique vero in adjectivis — formas encliticas.

Plur. 1.	m.	ܩܳܛܠܺܝܢ[1] ܚ݁ܢܰܢ	vel	ܩܳܛܠܺܝܢܰܢ	*occidentes sumus*
	f.	ܩܳܛܠܳܢ ܚ݁ܢܰܢ		—	*occidentes sumus*
2.	m.	ܩܳܛܠܺܝܢ ܐܰܢ̱ܬ݁ܽܘܢ	vel	ܩܳܛܠܺܝܢܬ݁ܽܘܢ	*occidentes estis*
	f.	ܩܳܛܠܳܢ ܐܰܢ̱ܬ݁ܶܝܢ	vel	ܩܳܛܠܳܢܬ݁ܶܝܢ	*occidentes estis*
3.	m.	ܩܳܛܠܺܝܢ		—	*occidentes sunt*
	f.	ܩܳܛܠܳܢ		—	*occidentes sunt*

Adjectivum = ܫܰܦ݁ܺܝܪ *pulcher*

Sing. 1.	m.	ܫܰܦ݁ܺܝܪ ܐܶܢܳܐ	vel	ܫܰܦ݁ܺܝܪܢܳܐ	*pulcher sum*
	f.	ܫܰܦ݁ܺܝܪܳܐ ܐܶܢܳܐ		—	*pulchra sum*
2.	m.	ܫܰܦ݁ܺܝܪ ܐܰܢ̱ܬ݁	vel	ܫܰܦ݁ܺܝܪܰܬ݁	*pulcher es*
	f.	ܫܰܦ݁ܺܝܪܳܐ ܐܰܢ̱ܬ݁ܝ	vel	ܫܰܦ݁ܺܝܪܳܬ݁ܝ	*pulchra es*
3.	m.	ܫܰܦ݁ܺܝܪ ܗ̱ܽܘ		—	*pulcher est*
	f.	ܫܰܦ݁ܺܝܪܳܐ ܗ̱ܺܝ		—	*pulchra est*
Plur. 1.	m.	ܫܰܦ݁ܺܝܪܺܝܢ[1] ܚ݁ܢܰܢ	vel	ܫܰܦ݁ܺܝܪܺܝܢܰܢ	*pulchri sumus*
	f.	ܫܰܦ݁ܺܝܪܳܢ ܚ݁ܢܰܢ		—	*pulchrae sumus*
2.	m.	ܫܰܦ݁ܺܝܪܺܝܢ ܐܰܢ̱ܬ݁ܽܘܢ	vel	ܫܰܦ݁ܺܝܪܺܝܢܬ݁ܽܘܢ	*pulchri estis*
	f.	ܫܰܦ݁ܺܝܪܳܢ ܐܰܢ̱ܬ݁ܶܝܢ	vel	ܫܰܦ݁ܺܝܪܳܢܬ݁ܶܝܢ	*pulchrae estis*
3.	m.	ܫܰܦ݁ܺܝܪܺܝܢ ܐܶܢܽܘܢ		—	*pulchri sunt*
	f.	ܫܰܦ݁ܺܝܪܳܢ ܐܶܢܶܝܢ		—	*pulchrae sunt*

[1] Pronuntiandum *qoṭlinán* et *šapirinán*, cum assimilatione scilicet ܚ finalis non secus ac in formis coniunctis. Idem valet pro formis subsequentibus 1. et 2. pers. pl.

Adnotanda.

124. — In formis contractis:

1) Terminatio ܳܐ—: a) ante ܬ݁— et ܬ݁ܝ— excidit; — b) ante ܗ̱ܽܘ et ܗ̱ܺܝ fit *au* et *ôi*[1] respective. Ex. gr. ܫܰܦ݁ܺܝܪܳܬ݁ܝ (pro ܫܰܦ݁ܺܝܪܳܐ ܬ݁ܝ—) *pulchra es*; ܗܳܢܰܘ ܗ̱ܽܘ (pro ܗܳܢܳܐ ܗ̱ܽܘ) *hic est.*

2) Terminatio ܶܐ—: a) insequenti ܬ݁— cum eo coalescit in ܶܝܬ݁—; — b) insequenti vero ܗ̱ܽܘ remanet *eu*. Ex. gr. ܕ݁ܟ݂ܶܝܬ݁ (ex ܕ݁ܟ݂ܶܐ + ܬ݁—) *purus es*; ܕ݁ܟ݂ܶܐ ܗ̱ܽܘ *purus est.*

125. — Pronomen encliticum etiam substantivis aliisque vocabulis cum valore copulae adjicitur. Participiis conjunctum *praesens* vel *futurum* ejusdem verbi componit: ܒ݁ܪܳܐ ܗ̱ܽܘ *filius est*; ܩܳܛܠܢܳܐ *occido* vel *occidam*; ܐܶܢܳܐ ܐܶܢܳܐ *ego sum.*

126. — Locutiones „*ille est, illa est*" exprimuntur per formas contractas ܗܽܘܝܽܘ (= ܗ̱ܽܘ ܗܽܘ), ܗܝܺܝ (= ܗ̱ܺܝ ܗܺܝ).

VOCABULARIUM.

ܐܽܘܪܚܳܐ	via	ܟ݁ܬ݂ܳܒ݂ܳܐ	inscriptio, liber
ܐܶܬ݂ܡܳܠܝ	heri	ܡܳܐ ܕ݁	id quod
ܒ݁ܶܟ݂ܝܳܐ	fletus	ܡܶܕ݁ܶܡ ܕ݁	„
ܕ݁ܳܚܶܠ	timens	ܡܗܰܝܡܢܳܐ	credens Deo, fidelis
ܕ݁ܰܝܳܢܳܐ	judex	ܡܶܠܬ݂ܳܐ	verbum
ܕ݁ܠܳܐ	absque	ܡܰܪܺܝܪܳܐ	amarus
ܗܳܟ݂ܺܝܠ	ergo	ܡܩܰܒ݁ܶܠ	accipiens
ܗܳܢܳܐ	hic	ܢܒ݂ܺܝܳܐ	propheta
ܚܶܘܝܳܐ	serpens	ܣܳܓ݂ܶܕ݂	adorans
ܚܰܝܠܳܐ	virtus, vis	ܨܶܒ݂ܝܳܢܳܐ	voluntas
ܝܳܕܰܥ	sciens	ܫܪܳܪܳܐ	veritas, firmitas

[1] Non vero apud Orientales, qui dicunt: ܗܳܢܳܐ ܗ̱ܘ, ܗܳܕܳܐ ܗ̱ܝ *hic est* (m.), *hic est* (f.).

EXERCITIUM.

[illegible]

[1] *sum.* — [2] *trepidas.* — [3] *qui adsto.* — [4] *potest.*

LECTIO 27.

De Pronomine personali suffixo.

A) De suffixis in genere.

127. — Suffixa pronominalia dicuntur quaedam pronominis formae, quae nominibus, verbis et praepositionibus conjuncta, genitivum, accusativum variasque relationes, spectata significatione praepositionis, respective designant.

128. — En forma suffixorum simplicissima:

a) **nominis et praepositionum:** ܝ *mei, mihi,* etc.; ܟ (m.) ܟܝ (f.) *tui, tibi,* etc.; ܗ, ܗܝ (m.) ܗ (f.) *sui, sibi, ejus, ei,* etc.; ܢ *nostri, nobis,* etc.; ܟܘܢ (m.) ܟܝܢ (f.) *vestri, vobis,* etc.; ܗܘܢ *illorum, illis,* etc.; ܗܝܢ *illarum, illis,* etc.

b) **verbi:** ܢܝ *me;* ܟ (m.) ܟܝ (f.) *te;* ܗ, ܗܝ *illum;* ܗ *illam;* ܢ *nos;* ܟܘܢ (m.) ܟܝܢ (f.) *vos;* ܐܢܘܢ *illos;* ܐܢܝܢ *illas.*

B) De suffixis nominum.

129. — Genitivus pronominis personalis seu suffixa nominum vices gerunt *Pronominis possessivi:* ܐܒܝ *pater mei* seu *pater meus.*

130. — Suffixa: a) *quoad genus,* ad nomen regens referuntur, non ad nomen rectum cui adnectuntur — b) *quoad numerum,* nominis cui adnectuntur, alia dantur pro nominibus in singulari, alia vero pro nominibus in plurali — c) *quoad adjunctionem,* si nomen per vocalem exeat, nuda; sin autem per consonantem, mediante vocali auxiliari nectuntur. Quae omnia in subsequentibus tabellis satis liquent:

		NOMINIS SINGULARIS		NOMINIS PLURALIS	
Sing.	1. c.	—ܝ	*meus*	—ܝ̈	*mei*
	2. m.	—ܟ	*tuus*	—ܝܟ	*tui*
	2. f.	—ܟܝ		—ܝܟܝ	
	3. m.	—ܗ	*ejus*	—ܘܗܝ	*ejus*
	3. f.	—ܗ		—ܝܗ	
Plur.	1. c.	—ܢ	*noster*	—ܝܢ	*nostri*
	2. m.	ܟܘܢ	*vester*	—ܝܟܘܢ	*vestri*
	2. f.	ܟܝܢ		—ܝܟܝܢ	
	3. m.	ܗܘܢ	*eorum*	—ܝܗܘܢ	*eorum*
	3. f.	ܗܝܢ	*earum*	—ܝܗܝܢ	*earum*

EXEMPLUM.

Sing. ܕܝܢܐ *judicium* — st. cr. ܕܝܢ

Plur. ܕܝ̈ܢܐ *judicia* — st. cr. ܕܝ̈ܢܝ

CUM SUFF. NOM. SINGULARIS			CUM SUFF. NOM. PLURALIS	
Sing. 1. c.	ܕܝܢܝ	*judicium meum*	ܕܝܢ̈ܝ	*judicia mea*
2. m.	ܕܝܢܟ	*judicium tuum*	ܕܝܢ̈ܝܟ	*judicia tua*
2. f.	ܕܝܢܟܝ		ܕܝܢ̈ܝܟܝ	
3. m.	ܕܝܢܗ	*judicium ejus*	ܕܝܢ̈ܘܗܝ	*judicia ejus*
3. f.	ܕܝܢܗ̇		ܕܝܢ̈ܝܗ̇	
Plur. 1. m.	ܕܝܢܢ	*judicium nostrum*	ܕܝܢ̈ܝܢ	*judicia nostra*
2. m.	ܕܝܢܟܘܢ	*judicium vestrum*	ܕܝܢ̈ܝܟܘܢ	*judicia vestra*
2. f.	ܕܝܢܟܝܢ		ܕܝܢ̈ܝܟܝܢ	
3. m.	ܕܝܢܗܘܢ	*judicium eorum*	ܕܝܢ̈ܝܗܘܢ	*judicia eorum*
3. f.	ܕܝܢܗܝܢ	*judicium earum*	ܕܝܢ̈ܝܗܝܢ	*judicia earum*

Adnotanda.

131. — a) Suffixum ܝ primae pers. sing. in pronuntiatione minime auditur — b) suffixa ܟܘܢ, ܟܝܢ pronuntiatione *Rukôḥô* donantur, licet consonans praecedat — c) suffixa omnia nominis pluralis — 3. pers. m. sing. excepta — per ܝ exordiuntur[1].

132. — Suffixa distinguuntur in **gravia**, et **levia**. Gravia sunt: ܢ, ܟܘܢ, ܟܝܢ, ܗܘܢ, ܗܝܢ; levia vero cetera alia.

[1] Haec quidem littera non est nisi terminatio st. cr. pl. masculinorum, quacum deinde suff. 1. pers. sing. m. coalescit. Simplicitatis tamen gratia et ut melius pateat distinctio inter puram radicem et elementa accessoria, illam tamquam ad suffixa pertinentem consideramus.

Suffixum ܘܗܝ „au" ortum est ex contractione ܗܘ et ܗܝ cum desinentia st. cr. pl. masculinorum. Forma namque primitiva suff. 3. pers. masc., tam pro verbis quam pro nominibus, erat ܗܘ, cui deinde praevaluit altera forma ܗܝ. Illa tamen post vocales productas *e*, *i* atque *ai* servata est, amisso quidem ܗ et una cum ipsis diphthongos *iu̯*, *eu̯*, *au̯* efformans. Seriore tempore additum etiam fuit ܝ tamquam signum mere graphicum (76, *c*).

133. — In adnectendis suffixis, nominum terminationes ܝܐ et ܬܐ tam in masculinis quam in femininis ubique eliduntur.

134. — Suffixa nominis singularis:

a) *in masculinis*, omnia ad st. emphaticum accedunt sublata desinentia (praeterquam in nominibus cum 2. vel 3. rad. gutturali, in quibus suffixa gravia ad st. cr. nectuntur): ܡܠܟܐ *rex* = ܡܠܟܝ, ܡܠܟܟ, etc.; sed ܪܚܡܐ, st. cr. ܪܚܡ, *dilectus* = ܪܚܡܝ, ܪܚܡܟ, etc. b) *in femininis*, suffixa levia ad st. emphaticum; gravia vero ad st. constructum adjiciuntur (exceptis nominibus quae in 2. radicali vocalem gerunt quaeque suffixa omnia cum st. emph. componunt): ܡܠܟܬܐ, st. cr. ܡܠܟܬ *regina* = ܡܠܟܬܝ, ܡܠܟܬܗ etc.; sed ܥܓܠܬܐ *vitula* = ܥܓܠܬܝ, ܥܓܠܬܗ, etc.[1].

135. — Suffixa nominis pluralis ad *statum emphaticum* indiscriminatim junguntur, sublata ejus desinentia.

136. — *Anomaliae quaedam*: a) Nomina pluralia per ܬܐ desinentia, sive regularia sive irregularia — exclusis tantum formis in ܝ̈ܬܐ — suffixa *nominis singularis* sibi adsciscunt: ܡܠܟܘ̈ܬܐ = ܡܠܟܘ̈ܬܢ (non ܡܠܟܘ̈ܬܝܢ) *reginae nostrae*; ܡܪ̈ܘܬܐ = ܡܪ̈ܘܬܝ (non ܡܪ̈ܘܬܝ) *domini mei*; sed regulariter ܥܠܝ̈ܬܐ = ܥܠܝ̈ܬܝ *hinnuli mei*, etc. — b) Adjectiva in ܝܐ ante suffixa nominis pluralis vel servare vel omittere possunt ܝ radicale: ܛܠܝ̈ܐ = ܛܠܝ̈ܝ vel ܛܠ̈ܝ *juvenes mei*.

137. — Praepositiones eadem ratione ac nomina suffixa accipiunt, servatis regulis de mutatione vocalium (77—79): ܒܝ *in me*. Ex ipsis quaedam suffixa nominis pluralis exigunt, ut ܥܠ *super*, ܚܠܦ *pro*, ܠܘܬ *apud*, ܩܕܡ *coram*, etc. (Cfr. Lect. 69).

138. — Pronomina tertiae pers. suffixa — sicut et separata — saepe pleonastice usurpantur: ܐܡܗ ܕܝܫܘܥ et mater *ejus* Iesu.

[1] Hisce legibus haud raro in praxi derogatur ob magnam, qua Lingua syriaca gaudet, libertatem inserendi vocales auxiliares. Regulae hic traditae praesertim deficiunt in nominibus femininis ex radicibus infirmis quae vocalem habent in priori duarum consonantium remanentium. In iis enim suffixa gravia modo ad st. constructum modo ad st. emphaticum apponuntur. Ex. gr.: ܫܪܬܐ, st. cr. ܫܪܬ *finis* = ܫܪܬܝ, ܫܪܬܟܘܢ, etc.; ܥܩܬܐ, st. cr. ܥܩܬ *tristitia* = ܥܩܬܝ, ܥܩܬܟܘܢ, ܥܩܬܗܘܢ, etc.

VOCABULARIUM.

ܐܚܐ	frater	ܢܛܪ	custodiens
ܐܡܐ	mater	ܥܡܐ (ܥܡܡܐ *pl.*)	populus
ܐܡܪ	dicens	ܦܓܪܐ	corpus
ܒܪܘܝܐ	creator	ܦܘܡܐ	os, oris
ܓܪܡܐ	os, ossis	ܨܠܘܬܐ	oratio
ܙܕܩܬܐ	eleemosyna	ܨܠܝܒܐ	crux
ܚܛܝܬܐ	peccatum	ܫܘܒܚܐ	laus
ܝܕܥ	cognoscens	ܫܠܝܛܐ	dominator
ܟܐܢܘܬܐ	justitia	ܓܡܝܪܐ	perfectus
ܟܬܝܒ	scriptum	ܬܠܡܝܕܐ	discipulus
ܠܘܬ	ad, coram	ܬܡܢ	ibi

EXERCITIUM.

ܫܘܒܚܐ ܠܥܡܐ ܒܪܘܝܢ* — ܐܡܪܐ ܕܟܠ ܦܘܡܝܢ ܨܠܘܬܢ ܗܘ
ܠܒܪܘܝܢ* — ܦܘܩܕܢܘܗܝ ܠܥܡܗ. ܢܛܪ ܐܢܐ ܠܦܘܡܝ* ܡܪܝܐ ܗܘ ܐܠܗܐ.
ܡܪܝܐ ܗܘ ܡܕܒܪܢܐ ܘܡܪܢܐ ܕܟܠܗܝܢ* — ܢܛܪ ܐܢܐ ܟܐܢܘܬܗ ܗܘ.
ܘܐܢܬ ܫܠܝܛܐ ܐܢܬ ܥܠ ܟܠ* — ܗܘ ܕܝܢ ܐܡܪ ܠܗ: ܡܢܘ ܗܝ
ܐܡܝ ܘܡܢ ܐܢܘܢ ܐܚܝ. ܘܦܫܛ ܐܝܕܗ ܠܘܬ ܬܠܡܝܕܘܗܝ ܘܐܡܪ: ܗܐ ܐܡܝ
ܘܗܐ ܐܚܝ* — ܙܕܝܩܘܬܗܘܢ ܕܥܡܐ ܡܫܡܫܝܗܘܢ ܐܢܘܢ* — ܡܟܬܒ ܗܘ
ܒܟܬܒܝܗܘܢ ܕܢܒܝܐ. ܕܓܡܝܪܐ ܗܘ ܡܫܝܚܗ ܕܐܠܗܐ* — ܘܐܡܪ ܐܕܡ.
ܗܕܐ[1] ܙܒܢܐ[1] ܓܪܡܐ ܡܢ ܓܪܡܝ ܘܒܣܪܐ ܡܢ ܒܣܪܝ* — ܘܫܩܠ
ܚܛܗܝܢ ܟܠܗܘܢ ܘܩܒܥ[2] ܐܢܘܢ ܒܨܠܝܒܐ* — ܐܢ ܐܝܬ ܬܡܢ ܒܪ
ܫܠܡܐ: ܬܬܢܝܚ[3] ܥܠܘܗܝ ܫܠܡܟܘܢ. ܐܢ ܕܝܢ ܠܐ: ܥܠܝܟܘܢ ܢܗܦܘܟ[4]*
ܠܒܢܝ ܐܝܟܢܐ ܕܐ ܐܢܐ. ܒܨܠܘܬܗܘܢ ܐܘ ܒܡܫܒܚܢܘܬܗܘܢ ܝܕܥ* —
ܨܒܝܢܝ ܘܙܕܩܬܝ ܡܢܗ ܐܢܘܢ: ܐܡܪ ܡܪܝܐ*

[1] *hac vice.* — [2] *et affixit.* — [3] *requiescet.* — [4] *revertetur.*

LECTIO 28.

De Pronomine demonstrativo.

139. — Demonstrativum **proximum**:

Sing.	m.	ܗܢܐ, ܗܢ	*hic, iste*
	f.	ܗܕܐ, ܗܕ	*haec, hoc, ista, istud*
Plur.	m.	ܗܠܝܢ	*hi, hae, haec*
	f.		*isti, istae, ista*

140. — *Adnot.* — 1) Formae ܗܢ, ܗܕ raro inveniuntur et semper substantivum praecedunt cum valore adjectivi demonstrativi: ܗܢ ܓܒܪܐ *hic homo.*

2) Pronomen demonstrativum cum formis encliticis pron. personalis ita componitur : ܗܢܘ *hic est*; ܗܕܐ ܗܝ[1] *haec est*; ܗܠܝܢ ܐܢܘܢ *hi sunt*; ܗܠܝܢ ܐܢܝܢ *hae sunt.*

141. — Demonstrativum **remotum**:

Sing.	m.	ܗܘ[2]	*is*	Plur.	m.	ܗܢܘܢ	*ii*
	f.	ܗܝ	*ea, id*		f.	ܗܢܝܢ	*eae, ea*

142. — *Adnot.* — Pron. demonstrativum remotum haud raro pro *adjectivo demonstrativo* usurpatur, interdum cum valore articuli : ܗܝ ܐܬܪܐ vel ܐܬܪܐ ܗܝ *ea regio.*

[1] Apud Syr. orientales ܗܕܝ ܗܝ *hôdai.*
[2] Cum puncto superno in omnibus formis ut distinguantur a respectivis Pron. pers. in absentia vocalium.

VOCABULARIUM.

ܐܬܪܐ	locus	ܥܠܡܐ	saeculum
ܕܐܒܐ	lupus	ܙܥܘܪܐ	exiguus
ܕܘܟܬܐ	locus	ܩܪܒܐ	bellum
ܙܒܢܐ	tempus	ܪܓܬܐ	desiderium
ܚܐܪܬܐ	libera	ܫܓܘܫܝܐ	perturbatio
ܝܘܡܐ	dies	ܫܢܬܐ	somnus
ܝܘܡܢܐ	hodie	ܫܥܬܐ	hora
ܥܠܝܐ	supernus	ܫܪܒܬܐ	generatio

EXERCITIUM.

ܗܠܝܢ ܬܘܠܕܬܐ ܕܫܡܝܐ ܘܕܐܪܥܐ܀ — ܙܥܘܪ ܘܒܝܫ ܙܒܢܐ ܕܚܝܝܢ[1] ܒܥܠܡܐ ܗܢܐ܀ — ܐܝܬܝܟܘܢ ܡܢ ܗܢܐ ܐܝܬܝܟܘܢ ܥܠܡܐ. ܐܢܐ ܠܐ ܗܘܝܬ[2] ܡܢ ܗܢܐ ܥܠܡܐ܀ — ܗܝ ܕܝܢ ܐܘܪܫܠܡ ܥܠܝܬܐ ܚܐܪܬܐ ܗܝ܀ — ܗܝ ܐܝܬܝܗ ܕܐܡܢ ܗܝ܀ — ܒܗܘ ܙܒܢܐ ܗܘܐ ܡܝܬ[3] ܒܪܗ ܕܐܢܛܝܘܟܘܣ ܡܠܟܐ ܕܐܝܬܘܗܝ[4] ܗܘܐ[4] ܒܡܕܝܢܬܗ܀ — ܘܗܘܘ[5] ܩܪܒܐ ܘܫܓܘܫܝܐ ܒܙܒܢܐ ܗܘ ܒܟܠܗܘܢ ܡܕܝܢܬܐ܀ — ܐܢܐ ܐܢܐ ܡܠܟܐ ܕܡܕܝܢܬܐ ܗܕܐ܀ — ܥܠ ܝܘܡܐ ܕܝܢ ܗܘ ܘܥܠ ܫܥܬܐ ܗܝ. ܐܢܫ ܠܐ ܝܕܥ܀ — ܘܩܪܐ ܐܒܪܗܡ ܫܡܗ ܕܐܬܪܐ ܗܘ. ܡܪܝܐ ܢܚܙܐ[6]. ܕܐܬܐܡܪ[7] ܝܘܡܢܐ: ܒܛܘܪܐ ܗܢܐ ܡܪܝܐ ܢܚܙܐ[6]܀ — ܗܢܘܢ ܝܕܥܝܢ ܡܠܟܐ ܕܝܗܘܕܝܐ܀ — ܪܓܬܗܘܢ ܕܕܐܒܐ ܗܕܐ ܗܝ: ܫܢܬܗܘܢ ܕܕܐܒܐ. ܐܝܟ ܕܡܟܝܢ[8] ܕܪܥܝܐ. ܗܐ ܣܓܝܐܐ ܕܐܒܐ ܒܕܒܪܐ܀

---

[1] cursus vitae nostrae. — [2] sum. — [3] mortuus est. — [4] qui fuerat. — [5] et fuerunt. — [6] videbit. — [7] propterea dicitur. — [8] dormiunt.

LECTIO 29.

De Pronomine interrogativo.

143. — A) Interrogativum **substantivum** est: ܡܢ *quis? quae? quinam? quaenam?* — pro personis — et ܡܐ, ܡܢܐ, ܡܢ, ܡܘܢ *quid? quae?* — pro rebus.

144. — *Adnot.* — ܡܐ — sicuti ܡܘܢܐ pro ܡܢܐ — raro adhibetur. Invenitur praecipue cum praepositionibus compositum: ܒܡܐ *quam, quantum*; ܠܡܐ *ad quid, numquid*, etc.

145. — ܡܢܐ saepe adverbialiter usurpatur: ܡܢܐ ܒܣܝܡܝܢ *quomodo se habent?*

146. — ܡܢ et ܡܢܐ formas encliticas Pron. pers. sibi adsciscunt hoc modo:

ܡܢܘ	*quis est?*	ܡܢܘ	*quid est?*
ܡܢ ܗܝ	*quae est?*	ܡܢܐ[1] ܗܝ	

147. — B) Interrogativum **adjectivum** est:

Sing.	m.	ܐܝܢܐ	*quisnam?*
	f.	ܐܝܕܐ	*quaenam? quodnam?*
Plur.	c.	ܐܝܠܝܢ	*quinam? quaenam?*

148. — *Adnot.* — 1) Cum formis encliticis Pron. pers. conjunctum fit: ܐܝܢܘ *ecquis...* est? ܐܝܕܐ ܗܝ *ecquae... est?*

2) Pronomina interrogativa, tum substantiva tum adjectiva, subsequente relativo ܕ, idem valent ac demonstrativa: *is qui* seu *quicumque, ea quae* seu *quaecumque*, etc.

---

[1] Invenitur etiam ܡܟܐ.

VOCABULARIUM.

ܐܰܪܝܳܐ	leo	ܠܰܝܬ	non est
ܕܶܒܫܳܐ	mellis	ܣܰܟܠܳܐ	stultus
ܕܰܟܝܳܐ	purus	ܥܽܘܡܪܳܐ	habitatio
ܚܺܐܪܽܘܬܳܐ	libertas	ܥܰܛܺܝܠܳܐ	difficilis
ܚܠܶܐ - ܚܠܺܝܳܐ	dulcis	ܥܢܳܐ	respondit
ܟܺܐܢܳܐ	justus	ܪܳܕܶܦ	persequens
ܟܳܢܶܫ	congregans	ܥܰܫܺܝܢܳܐ	fortis

EXERCITIUM.

ܫܳܐܘܠ ܫܳܐܘܠ: ܡܢܳܐ ܪܳܕܶܦ ܐܢ̱ܬ ܠܝ. ܥܢܳܐ ܗܽܘ ܘܶܐܡܰܪ: ܡܰܢ ܐܢ̱ܬ ܡܳܪܝ܀ — ܐܰܠܳܗܰܢ ܐܰܝܟ ܡܰܢ ܐܰܠܳܗܰܢ܀ — ܐܶܡܰܪ ܠܗܽܘܢ ܡܫܺܝܚܳܐ. ܡܰܢ ܚܰܟܺܝܡ ܗ̱ܘ ܡܰܢ ܐܰܪܝܳܐ ܡܕܰܒܪܳܢܳܝܬܳܐ ܐܺܝܬܰܝܟ[1]܀ — ܡܶܛܽܠ ܕܣܰܟܠܳܐ ܡܶܢ ܚܰܟܺܝܡܳܐ ܕܠܰܝܬ ܡܶܢ ܢܰܦܫܶܗ ܕܚܽܘܫܒܶܗ ܝܰܨܺܝܦ[2]܀ — ܡܶܛܽܠ ܗܳܢܳܐ ܘܰܢܫܰܒܚܽܘܢܳܝܗ̱ܝ[3]܀ — ܘܗܳܟܰܢ ܥܒܰܕܬܽܘܢ ܠܐܰܚܽܘܟ ܘܶܐܡܰܪ ܠܶܗ. ܡܢܽܘ ܗܳܢܳܐ ܕܥܒܰܕܬ[4] ܠܝ܀ — ܡܶܛܽܠ ܕܶܝܢ ܗܳܕܶܐ ܡܦܰܩܕܳܐ ܘܳܐܡܰܪ܀ — ܡܢܽܘ ܚܠܶܐ ܡܶܢ ܕܶܒܫܳܐ. ܐܰܘ ܡܢܽܘ ܕܰܥܫܺܝܢ ܡܶܢ ܐܰܪܝܳܐ܀ — ܥܰܛܺܝܠܳܐ ܠܐ̱ܢܳܫܺܝܢ ܕܐܺܝܬ[5] ܠܗܽܘܢ[5] ܢܶܟܣܶܐ ܕܢܶܥܠܽܘܢ[6] ܠܡܰܠܟܽܘܬܳܐ ܕܰܐܠܳܗܳܐ܀ — ܘܐܳܦ ܠܰܝܬ ܚܺܐܪܽܘܬܳܐ: ܠܥܰܒܕܳܐ ܐܝܬ ܡܫܰܥܒܕܽܘܬܳܐ܀ — ܘܰܐܡܰܪ ܠܗܽܘܢ. ܠܥܰܒܕܳܐ ܐܝܬ ܡܶܢ ܡܫܺܝܚܳܐ ܐܝܬ܀ — ܐܰܝܢܳܐ ܒܰܝܬܳܐ ܕܬܶܒܢܽܘܢ[7] ܠܝ: ܐܶܡܰܪ ܡܳܪܝܳܐ܀ — ܡܰܢ ܕܠܳܐ ܗ̱ܘܳܐ ܥܰܡܝ ܠܽܘܩܒܠܝ. ܘܡܰܢ ܕܠܳܐ ܟܳܢܶܫ ܥܰܡܝ ܡܒܰܕܳܪܽܘ[8] ܡܒܰܕܰܪ[8]܀ — ܗܳܢܳܐ ܐܺܝܬܰܘܗ̱ܝ[9] ܫܰܦܺܝܪܳܐ. ܐܰܝܢܳܐ ܕܕܳܚܶܠ[10] ܡܶܢ[10] ܐܰܠܳܗܳܐ܀ — ܐܰܝܠܶܝܢ ܕܫܰܪܺܝܪܳܢ ܘܰܐܝܠܶܝܢ ܕܢܰܟܦܳܢ ܘܰܐܝܠܶܝܢ ܕܟܺܐܢܳܢ ܘܰܐܝܠܶܝܢ ܕܕܰܟܝܳܢ ܘܰܐܝܠܶܝܢ ܕܪܚܺܝܡܳܢ ܘܰܐܝܠܶܝܢ ܡܫܰܒܚܳܢ: ܗܠܶܝܢ ܐܶܬܪܰܥܰܘ[11]܀

---

[1] *es tu.* — [2] *sollicitus est.* — [3] *et laudabimus eum.* — [4] *quod fecisti.* — [5] *qui habent.* — [6] *intrare.* — [7] *quam aedificabitis.* — [8] *dispergit.* — [9] *est.* — [10] *qui timet.* — [11] *cogitate.*

LECTIO 30.

De Pronomine relativo.

149. — Pronomen **relativum** exprimitur per praefixum ܕ, invariabile pro omni genere, numero et casu[1]: ܓܰܒܪܳܐ ܕܩܛܰܠ *homo qui occidit.*

150. — Casus obliqui determinantur, more Hebraeorum, per suffixa pronominalia substantivis, verbis aut respectivis praepositionibus addita.

EXEMPLA.

Gen. =	ܓܰܒܪܳܐ ܕܫܡܶܗ	*homo cujus nomen*
Dat. =	ܓܰܒܪܳܐ ܕܠܰܝܬ ܠܶܗ ܒܰܝܬܳܐ	*homo cui domus non est*
Acc. = ܕܩܛܰܠܬ ܠܶܗ vel	ܓܰܒܪܳܐ ܕܩܛܰܠܬܳܝܗ̱ܝ	*homo quem occidisti*
Abl. = ܕܠܰܝܬ ܥܰܡܶܗ	ܓܰܒܪܳܐ ܕܠܰܝܬ ܒܶܗ,	*homo in quo non est, cum quo non est*

151. — *Adnot.* — Particula ܕ: a) saepissime est mera nota genitivi loco status constructi : ܒܪܳܐ ܕܰܐܠܳܗܳܐ *filius Dei*; — b) transit in conjunctionem et diversas induit significationes: *quod, quia, ut, quum,* etc. (cfr. lat. *quod* et graec. ὅτι).

VOCABULARIUM.

ܐܺܝܕܳܐ	manus	ܛܫܶܐ - ܛܫܶܝܳܐ	latens
ܒܪܺܝܟ	benedictus	ܡܰܟܫܽܘܠܳܐ	scandalum
ܚܳܙܶܐ - ܚܳܙܝܳܐ	videns	ܦܰܚܳܐ	laqueus
ܝܺܕܰܥܬܳܐ	cognitio	ܩܳܡ	surrexit
ܒܳܝ	quaeso, ergo	ܫܠܺܝܚܽܘܬܳܐ	apostolatus

---

[1] In origine designabat Pron. demonstrativum. Saepe adhuc valorem retinet Pron. demonstrativi simul ac relativi: ܕܡܶܢ ܝܰܥܩܽܘܒ *οἱ ἐκ τῶν Ἰακώβ.*

EXERCITIUM.

ܛܘܒܝܗܘܢ[1] ܠܥܡܐ[1] ܕܡܪܝܐ ܗܘ ܐܠܗܗ܀ — ܝܫܘܥ ܡܫܝܚܐ
ܕܡܪܢ ܕܡܠܟܐ ܐܬܝܠܕ[2] ܝܫܘܥ܀ — ܚܬܡ ܗܘ ܕܚܬܡܗ ܛܒܥ[3] ܠܢ܀ —
ܐܝܟܘ ܕܝܢ ܕܟܠܢ ܛܥܝܢ[4] ܕܪܚܡܬܐ ܕܟܠܢ ܠܢ܀ — ܝܫܘܥ ܡܫܝܚܐ ܡܪܢ
ܕܒܗ ܩܒܠܢ[5] ܛܒܬܐ ܘܡܫܝܚܘܬܐ ܠܟܠܗܘܢ ܥܡܡܐ܀ — ܐܝܟܐ
ܘܩܐܡ[6] ܐܝܟܐ ܕܝܢ ܕܐܬܟܠܘ ܗܘ܀ — ܗܐ ܐܦ ܠܡܫܝܚܐ ܕܐܬܐ ܢܐܬܘܢ[7]
ܡܠܟܘܬܐ܀ — ܘܐܡܪ ܠܗܘܢ ܝܫܘܥ. ܕܡܢܘ ܨܠܡܐ ܗܢܐ ܘܟܬܒܐ. ܐܡܪܝܢ.
ܕܩܣܪ܀ — ܐܡܪ ܠܗܘܢ ܗܘ ܐܝܠܢ. ܗܒܘ ܗܟܝܠ ܐܢܬܘܢ ܐܝܠܝܢ܀ —
ܘܐܡܪܝܢ. ܕܐܢܬܘܢ ܬܟܠ ܡܢ ܟܠ܀

LECTIO 31.

De Pronomine possessivo separato.

152. — Formae pronominis possessivi separati sunt:

	SINGULARIS		PLURALIS	
1. c.	ܕܝܠܝ[8]	*meus, mea, meum*	ܕܝܠܢ	*noster, nostra, nostrum*
2. m.	ܕܝܠܟ	*tuus, tua, tuum*	ܕܝܠܟܘܢ	*vester, vestra, vestrum*
2. f.	ܕܝܠܟܝ		ܕܝܠܟܝܢ	
3. m.	ܕܝܠܗ	*suus, sua, suum*	ܕܝܠܗܘܢ	*eorum, earum, eorum*
3. f.	ܕܝܠܗ̇		ܕܝܠܗܝܢ	

---

[1] *beatus populus.* — [2] *natus est.* — [3] *signavit.* — [4] *tendere potest (diabolus).* — [5] *accepimus.* — [6] Part. verbi ܩܡ *surrexit, stetit.* — [7] *venient.*

[8] Pronomen ܕܝܠܝ, etc. grammaticaliter componitur ex relativo ܕ, in sua forma antiquiori, et particula dativi ܠ suffixis pronominalibus conjuncta: ܝ+ܠ+ܕ (cfr. in Lingua hebraica אֲשֶׁר לִי, אֲשֶׁר לְךָ etc.).

VOCABULARIUM.

ܐܝܟܢܐ ܕ	ita ut	ܚܕܐ	gaudens
ܐܡܬܝ ܕ	quando	ܝܘܠܦܢܐ	doctrina
ܒܥܐ	quaerens	ܝܨܦ	curam gerens
ܒܥܠܕܒܒܐ	inimicus	ܟܠܡܕܡ	omnia
ܕܘܒܪܐ	ratio agendi	ܟܣܦܐ	argentum
ܕܡܘܬܐ	exemplum, similitudo	ܡܠܝܐ	plenitudo
ܗܝܡܢܘܬܐ	fides	ܥܒܕ	faciens
ܗܟܢܐ	ita	ܥܬܝܕ	futurus

EXERCITIUM.

ܗܟܢܐ ܐܡܪ ܗܕܕ[1]. ܟܣܦܟ ܘܕܗܒܟ ܕܝܠܝ ܗܘ. ܘܢܫܝܟ ܘܒܢܝܟ
ܕܫܦܝܪܝܢ ܕܝܠܝ ܐܢܘܢ܀ — ܐܝܟ ܕܐܡܪ ܦܘܠܘܣ. ܕܠܐ ܒܥܐ ܐܢܐ ܕܝܠܟܘܢ
ܐܠܐ ܠܟܘܢ܀ — ܗܘ ܕܡܟܢܫ[2] ܘܡܣܓܐ[2] ܠܗ ܕܠܐ ܕܝܠܗ܀ — ܕܝܠܝ
ܐܝܟܐ ܡܛܠܝܘܬܐ: ܐܡܪ ܡܪܝܐ܀ — ܠܗܠ ܝܫܘܥ ܘܐܡܪ. ܝܘܠܦܢܝ ܠܐ ܗܘܐ
ܕܝܠܝ ܐܠܐ ܕܗܘ ܕܫܕܪܢܝ[3]܀ — ܛܘܒܘܗܝ ܠܥܒܕܐ ܕܝܠܗ ܗܘ ܕܡܪܗ: ܘܥܒܕܐ
ܗܢܐ ܚܕܐ ܐܡܬܝ ܕܥܒܕ ܛܒܬܐ. ܟܣܦܐ ܐܘ ܡܬܚܫܒܢܘܬܐ[4] ܗܘ ܕܒܥܠܕܒܒܐ܀
— ܕܝܠܗ ܗܘ ܗܕܐ. ܟܠ ܐܢܫ ܕܡܫܟܚ[5] ܢܦܫܗ܀ — ܐܘ ܐܢܫ ܕܝܠܝ
ܕܝܠܝ ܕܕܝܠܗ ܠܐ ܝܨܦ. ܗܢܐ ܟܦܪ[6] ܒܗ[6] ܒܗܝܡܢܘܬܐ܀ — ܟܠܡܕܡ
ܕܝܠܟܘܢ ܗܘ. ܐܘ ܚܝܐ ܘܐܘ ܡܘܬܐ ܘܐܘ ܕܩܝܡܢ[7] ܘܐܘ ܕܥܬܝܕܢ.

---

[1] Verba legatorum *Benadod ad Achab.* — [2] *qui congregat et multiplicat.* — [3] *qui misit me.* — [4] *negotium.* — [5] *humiliat.* — [6] *apostata est.* — [7] *praesentia.*

ܒܫܡܝܐ — ܐܬܪܘܬܐ ܕܩܕܝܫܐ ܘܩܕܝܫܐ ܐܝܟܢܐ ܗܘ. ܕܡܠܟܘܬܐ ܡܠܟܘܬܗ
ܗܘܝܬ[1] ܡܚܘܝܐ ܕܫܘܐ[1] ܫܦܝܪܐ. ܐܝܟܢܐ ܕܢܐܬܘܢ ܢܬܕܡܘܢ[2] ܒܟܘܠܗܝܢ
ܕܐܝܟ* — ܒܟܠܗܘܢ ܥܒܕܘܗܝ ܡܝܬܪ[3] ܡܠܟܐ: ܕܢܕܥ ܕܐܝܟ ܗܘ ܠܗ ܡܢ ܢܦܫܗ*

LECTIO 32.

De verbo substantivo — (Appendix).

153. — **Duplex** extat apud Syros forma pro **verbo substantivo** : a) ܐܝܬ *est* — b) ܗܘܐ *fuit.*

154. — Forma ܐܝܬ (*=existentia*) flexione caret eademque manet pro utroque genere et numero. Saepe tamen suffixa pronominalia sibi adsciscit ad instar nominum pluralium. Praecedente particula negativa ܠܐ, fit ܠܝܬ *non est*, cui pariter suffixa nectuntur.

155. — Verbum ܗܘܐ integre flectitur juxta categoriam verborum sibi propriam (254, *b*). Ejus tantum *Perfectum* hic subjungimus.

Flexio verbi substantivi:

a) ܐܝܬ *est* (cum suffixis)			b) ܗܘܐ *fuit* (Praeteritum)		
Sing.	ܐܝܬܝ	*sum*	Sing. 3. m.	ܗܘܐ	*fuit*
	ܐܝܬܝܟ	*es* (m.)	3. f.	ܗܘܬ	
	ܐܝܬܝܟܝ	*es* (f.)	2. m.	ܗܘܝܬ	*fuisti*
	ܐܝܬܘܗܝ	*est* (m.)	2. f.	ܗܘܝܬܝ	
	ܐܝܬܝܗ	*est* (f.)	1. c.	ܗܘܝܬ	*fui*
Plur.	ܐܝܬܝܢ	*sumus*	Plur. 3. m.	ܗܘܘ	*fuerunt*
	ܐܝܬܝܟܘܢ	*estis* (m.)	3. f.	ܗܘܝ	
	ܐܝܬܝܟܝܢ	*estis* (f.)	2. m.	ܗܘܝܬܘܢ	*fuistis*
	ܐܝܬܝܗܘܢ	*sunt* (m.)	2. f.	ܗܘܝܬܝܢ	
	ܐܝܬܝܗܝܢ	*sunt* (f.)	1. c.	ܗܘܝܢ	*fuimus*
				(vel ܗܘܝܢܢ)	

---

[1] *monstra te.* — [2] *imitentur* — [3] *magis aestimat.*

VOCABULARIUM.

ܐܟܣܢܝܐ	peregrinus	ܢܘܟܪܝܐ	extraneus
ܒܪܫܝܬ	in initio	ܥܕܠܐ	antequam
ܚܛܬܐ	triticum	ܥܡܠܐ	labor
ܫܘܠܡܐ	finis	ܩܪܝܒܐ	proximus
ܛܒܘܬܐ	bonitas	ܪܓܬܐ	desiderium
ܛܝܒܘܬܐ	gratia	ܚܦܝܛ	diligens
ܟܕ	quum, quando	ܬܘܒ	ultra, rursus
ܠܒܪ	praeter	ܬܚܝܬ	sub
ܓܝܪ	quidem, nempe	ܬܫܒܘܚܬܐ	laudatio

EXERCITIUM.

ܐܝܟܐ ܐܝܬ ܠܟ ܐܒܘܟ* — ܐܝܬ ܐܢܫ ܐܝܟ ܦܘܠܘܣ ܐܟܣܢܝܐ
ܐܪܥܐ ܗܘܬ ܕܚܣܝܪܐ ܚܛܬܐ ܘܛܒܬܐ* — ܥܕܠܐ ܓܝܪ ܫܘܠܡܐ[1] ܢܘܟܪܝܐ ܬܚܝܬ
ܢܦܫܗ ܗܘܝܢ* — ܢܥܒܕ ܗܟܢ ܐܝܬ ܓܝܪ ܚܝܠܐ ܠܪܒ. ܘܡܫܬܒܚܢܐ
ܕܚܒܝܒܐ* — ܐܢܐ ܐܢܐ ܩܪܝܒܐ ܘܓܝܪ ܬܘܒ. ܠܒܪ ܡܢܟ ܓܝܪ ܐܝܬܘܗܝ*
— ܘܟܠܐ ܩܪܝܒܐ ܕܐܝܬ ܠܐܚܘܟ. ܐܝܟܐ ܗܘܝܬ ܟܕ ܩܥܝܬ[2] ܗܘܝܬ ܡܫܬܒܚܢܐ
ܕܐܪܥܐ* — ܒܛܝܒܘܬܗ ܕܝܠܗ ܕܐܠܗܐ ܐܝܬܝ ܩܪܝܒ ܕܐܝܬܝ ܘܛܝܒܘܬܗ
ܕܟܠ ܠܐ ܗܘܐ ܚܦܝܛܐ* — ܫܘܒܚܐ ܠܡܪܢ ܕܝܠܗ ܬܫܒܘܚܬܐ ܐܝܬܘܗܝ.

ܘܠܟܘܠܗܘܢ ܡܢܝܢܘܬܐ* — ܬܪܚܡ[1] ܠܩܪܝܒܟ ܐܝܟ ܢܦܫܟ. ܐܬܟܪܝܗܘܢ
ܟܠܗܘܢ ܒܢܝ̈ܢܫܐ* — ܛܘܒܝܗ̇ ܗܘܬ ܠܐܢ̈ܫܐ ܕܐܟܣܢܝܐ ܒܒܝܬ ܐܡܝܢ*
— ܐܟܣܢܝܘܬܐ ܢܘܚ ܗܘܐ ܠܗ ܠܡܫܡܫ ܒܚܢܢ ܥܡ ܟܠܗܘܢ ܒܢ̈ܝܗ* —
ܠܗ ܠܡܥܒܕ ܐܠܗܐ: ܕܐܣܝܪܝܢ ܐܝܠܝܢ ܡܬܟܬܝܐ ܘܒܝܬܘܬܐ ܕܟܠܠ ܟܠ
ܦܪܝܫܝܢ[2]* — ܐܝܠ ܕܐܡܪܝܢ ܗܘܘ ܕܒܫܘܫ. ܘܐܝܠ ܕܐܡܪܝܢ ܗܘܘ. ܠܐ
ܦܪܘܩܐ ܕܐܝܟ[3] ܠܗ. ܗܘ ܕܝܢ ܐܡܪ ܗܘܐ: ܕܐܢܐ ܐܢܐ* — ܒܥܩܒܐ ܐܠܗܘܢ
ܗܘܐ ܡܫܝܚܐ ܘܗܘ ܡܫܝܚܐ ܐܠܗܘܢ ܗܘܐ ܠܟܠ ܐܢ̈ܫܐ* — ܒܢ̈ܝ. ܗܘܝܬܘܢ
ܕܢܩܝܢ ܠܒܢ̈ܝܗܘܢ. ܗܘܝܬܘܢ ܐܢ̈ܫܝ ܒܝܬܐ. ܗܘܝܬܘܢ ܡܫܡܠܝܢ ܐܫܡܥܬܐ
ܒܟܠ ܛܒܬܐ ܕܠܐ ܢܗܘܐ[4] ܒܡܠܟܘܬܐ ܫܪܝܪܬܐ*

---

[1] *diliges.* — [2] *sese extendunt.* — [3] *~~aliquis~~ similis, est* — [4] *sit.*

CAPUT III.

De Verbis.

I) De verbo in genere.

ܒܫܢ̈ܝܐ ܐܬܡܢܝܘ ܫܢ̈ܝܢ ܠܗ ܠܒܪܝܬܐ ܡܢ ܐܕܡ ܥܕܡܐ: ܡܢ ܒܪܝܬܐ ܘܥܡ ܛܘܦܢܐ. ܡܢ ܒܪܝܬܐ ܠܛܘܦܢܐ ܘܠܐܒܪܗܡ. ܘܡܢ ܛܘܦܢܐ ܠܡܕܒܪܐ ܘܦܘܪܩܢܐ ※ — ܘܚܝܐ ܢܘܚ ܡܢ ܒܬܪ ܛܘܦܢܐ ܬܠܬܡܐܐ ܘܚܡܫܝܢ ܫܢ̈ܝܢ. ܘܗܘܘ ܟܠܗܘܢ ܝܘܡܘܗܝ ܕܢܘܚ ܬܫܥܡܐܐ ܘܚܡܫܝܢ ܫܢ̈ܝܢ ܘܡܝܬ ※ — ܐܒܪܗܡ ܒܪ ܡܐܐ ܗܘܐ ܒܪܐ ܕܟܘܪ. ܐܝܟ ܥܡܪܗ. ܘܐܘܠܕܗ ܠܗ ܥܩܪܐ ܚܡܫܝܢ ܘܐܠܦܐ ܫܢ̈ܝܢ. ܘܗܘܐ ܡܢܝܢܗ ܥܣܪܐ ܐܠܦ̈ܝܢ ܫܢ̈ܝܐ ܘܐܠܦܐ ܐܠܦ̈ܝܢ ܪ̈ܒܘܬܐ ܘܡܫܬܡܫܢܐ ܩܕܡܘܗܝ ܕܐܠܗܐ ܘܡܫܡܫܢܐ ܐܠܦ̈ܝܢ ܘܪ̈ܒܘܬܐ ܣܓܝ̈ܐܬܐ[1] ܕܠܐ ※ — ܪܘܡܐ ܡܫܘܡܫܢܐ ܕܥܡܘܕܐ ܚܡܫܝܢ ܘܐܪܒܥܝܢ ܫܢ̈ܝܢ ܐܝܬܘܗܝ ܘܐܪ̈ܒܥܡܐܐ ܘܬܡܢܝܢ ܕܢܦܩܘ ※ — ܘܐܝܟܘ[2] ܠܐܚܝܗ ܘܐܡܪ ܐܝܟ ܗܘܝܢ ܠܐܪܒܥܝܢ ܫܢ̈ܝܢ ܕܒܢܝܐ ܘܡܬܚܫܒܝܢ ※ — ܡܠܟܘܬ ܕܒܪܘܗܝ ܕܕܘܝܕ ܒܫܢܬܐ ܠܐܡܝܪܐ ܘܡܬܚܫܒܐ ※ — ܘܡܢ ܡܕܝܢܬܐ ܕܐܬܝܕܥܬ ܩܕܡܝܗ ܗܘܬ ܠܟܢܥܢܝ̈ܐ ܒܫܢܬܐ ܩܘܪ̈ܒܐ ܘܕܝܢܐ ܕܝܢܐ. ܘܐܦ ܒܬܪܒܐ ܩܕܡܝܗ ܗܘܬ ܒܢ̈ܝܐ. ܘܐܦܢ ܡܬܚܫܒܐ ܐܠܦ̈ܝܢ ܘܡܬܚܫܒܢܐ. ܘܐܬܝܐ ܡܬܚܫܒܐ ܐܠܦ̈ܝܢ ܘܡܬܚܫܒܢܐ ܠܡܝܢܐ ܚܕܐ ※ — ܫܢܐ ܗܘܬ ܦܘܪܩܢܐ ܐܝܣܪܝܠ ܘܒܝܬ ܡܩܕܫܐ ܕܫܠܝܡܘܢ. ܐܝܟ ܐܠܦ̈ܝܢ ܡܬܚܫܒܝܢ ܠܗ ܘܪܒܘ ܪ̈ܒܘܢ ܩܝܡܝܢ ܩܕܡܘܗܝ ※

[1] multae nimis. — [2] *i. e.* Israelitae.

LECTIO 68.

Numeri ordinales.

313. — Numeralia ordinalia derivantur a cardinalibus, adjecta terminatione ܝܐ (m.) vel ܝܬܐ (f.), prout sequitur:

Numerus	Forma masc.	Forma fem.
primus	ܩܕܡܝܐ	ܩܕܡܝܬܐ
secundus	ܬܪܝܢܐ	ܬܪܝܢܝܬܐ
tertius	ܬܠܝܬܝܐ	ܬܠܝܬܝܬܐ
quartus	ܪܒܝܥܝܐ	ܪܒܝܥܝܬܐ
quintus	ܚܡܝܫܝܐ	ܚܡܝܫܝܬܐ
sextus	ܫܬܝܬܝܐ	ܫܬܝܬܝܬܐ
septimus	ܫܒܝܥܝܐ	ܫܒܝܥܝܬܐ
octavus	ܬܡܝܢܝܐ	ܬܡܝܢܝܬܐ
nonus	ܬܫܝܥܝܐ	ܬܫܝܥܝܬܐ
decimus	ܥܣܝܪܝܐ	ܥܣܝܪܝܬܐ

Adnotanda.

314. — Ordinalia: a) ab 11 ad 19 formantur ex unitatibus cardinalibus ordinali ܥܣܝܪܝܐ praepositis: *undecimus* = ܚܕܥܣܝܪܝܐ (m.) ܚܕܥܣܝܪܝܬܐ (f.) — b) a 20 et deinceps: ܥܣܪܝܢܝܐ (m.) ܥܣܪܝܢܝܬܐ (f.) *vigesimus*, etc.

315. — *APPENDIX*: 1) Numeri **distributivi** iteratis cardinalibus exprimuntur: ܬܠܬ ܬܠܬ *terni*.

2) Numeri **fracti** formam nominalem *Quṭl* assumunt: ܚܘܡܫܐ *pars quinta*.

3) **Adverbia numeralia** vel solis cardinalibus in forma feminina vel superaddito nomine ܙܒܢܝܢ (m.) ܙܒܢܝ vel ܙܒܢܬܐ (f.) *vices* indicantur: ܬܪܬܝܢ ܙܒܢܬܐ *bis* seu *duabus vicibus*.

4) **Adverbia multiplicativa** per ܥܠ ante cardinalia, cum vel sine ܒ , designantur: ܥܠ ܬܪܝܢ *dupliciter*; ܥܠ ܒܡܐܐ *centupliciter*.

VOCABULARIUM.

ܚܙܐ	*Ethpe.* apparuit	ܦܬܓܡܐ	verbum
ܟܢܫ	*Ethpe.* convenit	ܨܘܡܐ	jejunium
ܢܝܚܐ	quies	ܩܒܘܬܐ	arca
ܣܩܐ	saccus	ܫܒܥ ܫܒܥ	septies
ܥܫܢ	invaluit	ܫܒܬܐ	sabbatum

EXERCITIUM.

ܫܬܐ ܝܘܡܝܢ ܐܬܒܪܝܘ ܒܒܪܐ ܕܝܘܡܐ ܫܒܝܥܝܐ ܫܒܬܐ ܕܢܝܚܐ.
ܒܫܢܬ ܩܕܡܝܬܐ ܕܡܠܟܘܬܗ ܕܟܘܪܫ ܡܠܟܐ ܕܦܪܣ — ܠܟܢܫܐ ܨܘܡܐ ܗܘܐ*
ܒܫܢܬܐ ܗܘܐ ܠܟܘܢ[1] ܦܬܓܡܐ ܕܡܪܝܐ* — ܒܚܡܫܐ ܒܚܡܫܬܐ ܕܐܠܟܣܢܕܪܘܣ:
ܒܫܢܬܐ ܕܡܠܟܘܬܗ ܕܗܘܪܘܣ ܐܬܚܙܝ ܡܠܟܐ ܒܪ ܡܠܟܐ
ܡܠܟܐ. ܒܚܕ ܒܬܫܪܝ ܐܚܪܝ[2] ܒܗ ܗܘܐ ܡܬܟܢܫܝܢ ܒܢܝܐ* — ܘܨܘܡܐ

---

[1] *i. e.* Ezechielem. — [2] *in mense Tišri posteriori.*

ܘܐܪܒܠ ܘܒܫܢܝܢ. ܒܗ ܒܙܒܢܐ ܗܘܐ ܐܬܝܠܕ ܒܝܬ ܐܣܛܪܛܝܠ ܒܪܘܡܐ
ܕܒܫܩܠ. ܘܡܢܗ ܗܘܘ ܒܡܠܟܐ ܕܢܦܫܗ ܕܡܪܢ ܐܠܗܐ. ܘܐܪܒܥܝܢ ܕܫܢܝܢ
ܡܢܗ ܘܐܪܒܥܝܢ ܕܫܢܝܢ ܡܠܟ ܘܥܣܩܝܢ ܡܢܐ ܡܪܢ ܐܠܗܘܬܗ ※ — ܥܠ
ܥܡ ܢܦܫ ܒܡܠܟܘܬܐ ܐܝܟ ܡܢ ܡܠܟܘܬܐ ܕܐܝܟ ܒܢܘܢ ܘܐܢܐ ܕܒܢܝܐ ※
— ܒܪ ܕܗܘ ܗܘܐ ܡܠܟܐ ܠܟ ܐܡܪܘܗ ܠܐܢܫܐ ܡܠܟܐ ܥܠ ܡܠܟܘܬܐ ※
— ܐܠܗܐ ܙܒܢܐ ܒܡܠܟܐ ܢܬܠܐ ܘܬܘܒ[1] ܡܢ ܐܠܗܐ ※

---

[1] lege probabiliter ܘܡܪܢ.

CAPUT V.

De particulis.

LECTIO 69.

De Praepositionibus.

316. — Praepositiones sunt aut *praefixae* — ut ܒ et ܠ — aut *separatae*. Complures suffixa pronominalią sibi adsciscunt ad instar nominum sive singularium sive pluralium.

317. — a) Suffixa **nominis singularis** accipiunt: ܐܝܟ *sicut;* ܒ *in;* ܓܘ *intra;* ܒܝܬ *inter;* ܒܣܬܪ *retro;* ܒܬܪ *post;* ܠ *ad, in;* ܠܘܩܒܠ *coram;* ܠܘܬ *apud;* ܠܦܘܬ *secundum;* ܡܛܠ (ܡܛܘܠ) *propter;* [1]ܡܢ *ab, ex;* ܥܠ ܝܕ *juxta;* ܥܡ *cum.*

b) Irregularitates: 1) ܠ et ܒ cum suff. 1. pers. fiunt ܠܝ et ܒܝ; — 2) ܡܢ ante suff. levia consonantem ܢ geminat: ܡܢܝ (sed ܡܢܗ); — 3) ܥܠ ܝܕ cum universis suffixis fit ܥܠ ܐܝܕ; — 4) Irregulariter omnino flectuntur praepositiones sequentes:

Num. et pers.	ܐܝܟ *sicut*	ܡܛܠ *propter*	ܠܘܩܒܠ *contra*
Sg. 1. c.	ܐܝܟܘܬܝ	ܡܛܠܬܝ (ܡܛܘܠܬܝ)	ܠܘܩܒܠܝ
2. m.	ܐܝܟܘܬܟ	ܡܛܠܬܟ	ܠܘܩܒܠܟ
2. f.	ܐܝܟܘܬܟܝ	ܡܛܠܬܟܝ	ܠܘܩܒܠܟܝ
3. m.	ܐܝܟܘܬܗ	ܡܛܠܬܗ	ܠܘܩܒܠܗ
3. f.	ܐܝܟܘܬܗ̇	ܡܛܠܬܗ̇	ܠܘܩܒܠܗ̇

---

[1] Syr. Or. ut plurimum ܡܢ.

Num. et pers.	ܐܝܟ *sicut*	ܡܛܠ *propter*	ܠܘܩܒܠ *contra*
Pl. 1. c.	ܐܝܟܘܬܢ	ܡܛܠܬܢ	ܠܘܩܒܠܢ
2. m.	ܐܝܟܘܬܟܘܢ	ܡܛܠܬܟܘܢ	ܠܘܩܒܠܟܘܢ
2. f.	ܐܝܟܘܬܟܝܢ	ܡܛܠܬܟܝܢ	ܠܘܩܒܠܟܝܢ
3. m.	ܐܝܟܘܬܗܘܢ	ܡܛܠܬܗܘܢ	ܠܘܩܒܠܗܘܢ
3. f.	ܐܝܟܘܬܗܝܢ	ܡܛܠܬܗܝܢ	ܠܘܩܒܠܗܝܢ

318. — a) Suffixa **nominis pluralis** assumunt: ܒܐܝܕ *per, cum, mediante;* ܒܝܢ *inter;* ܒܠܥܕ *sine;* ܚܕܪ *circa;* ܚܠܦ *pro;* ܠܘܬ *versus;* ܠܚܘܕ vel ܒܠܚܘܕ *seorsum;* ܠܩܕܡ *coram;* ܥܠ *super, contra;* ܥܠ ܐܦܝ *propter;* ܨܝܕ vel ܨܐܕ *apud;* ܩܕܡ *ante;* ܬܚܝܬ *sub.*

b) Irregularitates: 1) ܒܐܝܕ occurrit etiam sub forma ܒܝܕ cum suff. nominis singularis; — 2) ܬܚܝܬ suffixis haud conjuncta, formas quoque ܬܚܘܬ, ܬܚܬ et ܬܚܬܝ induit; — 3) Praepositiones ܒܝܢ, ܥܠ et ܨܝܕ hoc modo cum suffixis flectuntur:

Num. et pers.	ܒܝܢ vel ܒܝܢܬ *inter*	ܥܠ *super*	ܨܝܕ vel ܨܐܕ *apud*
Sg. 1. c.	ܒܝܢܝ vel ܒܝܢܬܝ	ܥܠܝ	ܨܝܕܝ vel ܨܐܕܝ
2. m.	ܒܝܢܝܟ vel ܒܝܢܬܟ	ܥܠܝܟ	ܨܝܕܟ vel ܨܐܕܟ
2. f.	ܒܝܢܝܟܝ vel ܒܝܢܬܟܝ	ܥܠܝܟܝ	ܨܝܕܟܝ vel ܨܐܕܟܝ
3. m.	ܒܝܢܘܗܝ vel ܒܝܢܬܗ	ܥܠܘܗܝ	ܨܝܕܘܗܝ vel ܨܐܕܘܗܝ
3. f.	ܒܝܢܝܗ vel ܒܝܢܬܗ	ܥܠܝܗ	ܨܝܕܗ vel ܨܐܕܗ
Pl. 1. c.	ܒܝܢܝܢ vel ܒܝܢܬܢ	ܥܠܝܢ	ܨܝܕܢ vel ܨܐܕܢ
2. m.	ܒܝܢܝܟܘܢ vel ܒܝܢܬܟܘܢ	ܥܠܝܟܘܢ	ܨܝܕܟܘܢ vel ܨܐܕܟܘܢ
2. f.	ܒܝܢܝܟܝܢ vel ܒܝܢܬܟܝܢ	ܥܠܝܟܝܢ	ܨܝܕܟܝܢ vel ܨܐܕܟܝܢ
3. m.	ܒܝܢܝܗܘܢ vel ܒܝܢܬܗܘܢ	ܥܠܝܗܘܢ	ܨܝܕܗܘܢ vel ܨܐܕܗܘܢ
3. f.	ܒܝܢܝܗܝܢ vel ܒܝܢܬܗܝܢ	ܥܠܝܗܝܢ	ܨܝܕܗܝܢ vel ܨܐܕܗܝܢ

319. — Praepositiones, quae suffixa **non patiuntur**, sunt: ܒܝܬ *inter;* ܥܕ *usque;* ܥܕܡܐ ܠ *usque ad;* ܕܠܐ *sine;* ܩܘܕܡ *ante;* ܠܒܪ *extra;* ܠܓܘ *intra;* ܠܥܠ *supra;* ܠܬܚܬ *sub;* ܣܛܪ *praeter.* Ex illis quinque posteriores particulam ܡܢ semper post se trahunt: ܣܛܪ ܡܢ ܢܫܐ *praeter mulieres.*

320. — *Adnot.* — 1) Praepositiones haud raro aliis praepositionibus augentur, ut ܠܩܕܡ *in conspectu*, etc. — 2) Animadverte constructionem: ܒܝܢܝܟ ܘܠܗ *inter te et illum;* ܒܝܬ ܓܒܪܐ ܠܐܢܬܬܐ *inter virum et mulierem.*

VOCABULARIUM.

ܡܝܩܪ	venerandus	ܗܦܟ	evertit
ܡܢ ܩܕܡ	a facie	ܪܘܓܙܐ	furor
ܡܣܟܢܘܬܐ	paupertas	ܫܠܕܐ	cadaver

EXERCITIUM.

ܗܘܐ ܠܘܬܗ ܐܟܪܐ ܚܕ ܥܒܕܐ ܘܫܦܝܪܐ ܐܘܡܢܐ ܘܗܘܐ ܒܥܡܠܐ ܙܗܝܪܐ ܀ — ܢܒܝܐ ܐܝܟܘܬܟܘܢ ܚܙܘ ܠܡܫܝܚܘܬܗ ܕܒܪܐ ܡܩܒܠܐ ܕܡܛܠܬܟܘܢ ܐܬܡܫܚ ܡܢ ܐܠܗܘܢ ܒܝܢܬܢ ܘܐܝܟܘܬܟܘܢ ܒܡܣܟܢܘܬܗ ܐܬܥܕܪܘܢ ܀ — ܣܓܝ ܗܘܐ ܒܚܕܐ ܥܕܢ ܐܝܟ ܩܕܡܝܐ ܘܩܠܗܘܢ ܦܘܪܩܢܗ ܐܬܪܚܡܘ ܡܢ ܩܕܡ ܦܢܐ ܘܡܢ ܩܕܡ ܫܠܕܐ ܕܪܘܓܙܗ ܀ — ܒܡܩܕܫ ܐܠܗܘܢ ܦܠܚܐ. ܥܠ ܒܝܕܗ ܗܘܐ. ܘܥܠܝܗܘܢ ܐܦܠܐ ܚܕܐ ܗܘܐ ܦܬܓܡ ܕܗܘܐ ܀ — ܘܡܢ ܗܘܝܢ ܡܛܠ. ܥܠܝ ܥܠܝܗܘܢ ܙܥܘܪܐ ܡܝܩܪܐ ܘܡܢ ܐܢܫ ܀ — ܘܐܢܬܘܢ ܘܗܘܐ ܙܕܝܩ ܘܐܠܗܘܬܗ[1] ܐܝܟܢ ܥܠܝܗܘܢ ܘܒܝܢ ܥܠܡܐ ܘܥܒܕܐ ܘܠܐ ܩܕܡ ܦܪܫ ܒܝܢܝ ܘܠܗܘܢ ܀ — ܩܕܡ ܗܘܝܘ ܬܠܬ ܥܠ ܗܠܝܢ. ܐܢ ܐܝܟܘܬܗ ܣܓܝܐܐ. ܩܕܡܘܗܝ ܕܠܘܩܒܠܢ ܀ — ܠܡܫܝܚܘܬܗ ܕܒܪܐ ܢܦܩܘ ܡܩܒܠܐ ܡܣܟܢܘܬܐ ܕܒܝܬܐ ܐܝܟܘܬܟܘܢ ܀

---

[1] *Vide in Lex.* ܒܠܐ.

LECTIO 70.

De adverbiis.

321. — Adverbia sunt aut *primitiva* aut *derivata.* Pauca numerantur adverbia primitiva ut ܠܐ *non,* ܗܪܟܐ *hic,* etc; complura originem ducunt:

a) ex nominibus sive in st. abs. — ut ܣܓܝ *multum,* ܩܠܝܠ *parum* — sive in st. constr. praesertim feminino, ut ܛܒ *valde,* ܚܝܠ *durante vita,* etc.

b) frequentius ex adjectivis per additionem terminationis ܐܝܬ vel ܘܬܐ: ܩܕܝܫܐܝܬ *sancte;* ܬܢܝܢܘܬ *secundo.*

c) frequentissime ex compositione nominum cum particulis vel ex particulis sibi consociatis: ܒܙܒܢ (ex ܒ + ܙܒܢ) *aliquando;* ܠܬܡܢ (ex ܠ + ܬܡܢ) *illuc,* etc.

322. — Adverbia frequentiora sunt:

a) **loci**

ܐܝܟܐ	*ubi?*
ܡܢܐܝܟܐ	*unde?*
ܗܪܟܐ	*hic*
ܬܡܢ	*illic*
ܠܟܐ	*huc*
ܠܗܪܬܡܢ	*illuc*
ܡܟܐ	*hinc*
ܠܗܠ	*illinc*
ܠܬܚܬ	*infra*
ܡܢ ܠܬܚܬ	*deorsum*
ܠܥܠ	*supra*
ܡܢ ܠܥܠ	*desuper*
ܠܓܘ	*intus*
ܠܒܪ	*extra*

b) **temporis**

ܐܡܬܝ	*quando?*
ܗܫܐ, ܗܟܝܠ	*nunc*
ܡܟܝܠ	*ex nunc*
ܥܕܟܝܠ	*adhuc*
ܒܬܪܟܢ	*deinde*
ܗܝܕܝܢ	*tunc*
ܠܘܩܕܡ	*primum*
ܡܢ ܠܘܩܕܡ	*olim*
ܡܢ ܟܒܪ	*jam*
ܒܙܒܢ	*aliquando*
ܥܕܡܟܐ	*hucusque*
ܝܘܡܢܐ	*hodie*
ܡܚܪ, ܠܡܚܪ	*cras*
ܐܬܡܠܝ	*heri*
ܡܢܬܡܠܝ	*nudius tertius*
ܒܠܠܝܐ ܘܐܝܡܡ	*diu noctuque*
ܐܫܬܩܕܝ	*anno elapso*
ܠܫܢܬܐ	*anno proximo*
ܡܡܬܘܡ	*numquam*
ܙܒܢܐ ܒܙܒܢ	*nonnumquam*

c) **interrogationis**

ܠܡܢܐ	*ad quid?*
ܠܡܢܐ	*cur?*
ܠܡܢܘ	*cur?*
ܡܛܠ ܡܢܐ	*quare?*

d) **modi**

ܐܝܟܢ, ܐܝܟܢܐ	*quomodo?*
ܗܟܢ, ܗܟܢܐ	*sic*
ܗܟܘܬ	*ita*
ܕܝܢ	*porro*
ܐܝ	*utique*
ܠܐ	*non*
ܘܠܐ	*nec*
ܠܐ ܕܝܢ	*quanto minus*
ܒܠܚܘܕ	*tantum*
ܟܕܘ	*satis*
ܣܟ	*omnino*
ܟܘܪ	*scilicet*
ܗܢܘ ܕܝܢ	*nempe*
ܟܒܪ, ܕܠܡܐ	*forte, forsitan*

VOCABULARIUM.

ܡܙܡܘܪܐ	psalmus
ܦܠܚܐ	sors, fortuna
ܚܨܕܐ	messis
ܚܣܪ	defecit
ܡܢ ܫܠܝܐ	derepente
ܡܫܡܠܝܐ	perfectus
ܐܘܢܓܠܝܘܢ	Evangelium
ܒܝܫܐܝܬ	male, prave
ܥܦܪܐ	pulvis
ܦܣܬܝܢܐ	fatum
ܫܦܝܪܐܝܬ	bene, pulchre
ܬܘܠܥܬܐ	vermis

EXERCITIUM.

ܐܝܬ ܐܢܫܐ ܕܐܡܪܝܢ ܕܡܢ ܦܘܩܕܢܐ ܗܘ ܕܫܠܝܚܐ ܡܬܐܡܪܝܢ ܗܠܝܢ ܐܢܫܐ.
ܕܒܟܠ ܡܕܝܢܬܐ ܘܒܟܠ ܥܕܬܐ * — ܡܢܐ ܗܘ ܒܠܚܘܕ ܢܛܪ ܫܡܥܐ
ܕܝܢ ܡܢ ܟܠܗ. ܘܠܐ ܢܛܪ ܟܠܗ ܐܦܠܐ ܚܕܐ ܕܒܢܝܫܐ ܟܠܗ * — ܚܕܐ
ܠܡܠܐ ܠܐ ܢܬܟܠܘܢ ܡܢ ܕܝܢ ܥܠܝܗܝܢ. ܥܠܗ ܘܐܡܪܝܢ ܕܐܝܬܘܗܝ ܚܕ ܡܢܗܘܢ
ܡܫܡܫܢܐ * — ܦܛܪܘܣ ܕܝܢ ܕܝܢܐ ܕܡܫܝܚܐ ܠܐ ܐܫܬܘܝ. ܡܛܠ ܕܐܬܦܢܝܘ
ܠܥܡܐ ܘܠܡܚܕܐ ܗܘܐ. ܢܩܒܠ ܡܬܬܘܡ ܒܫܡ ܠܐ ܡܫܬܡܥ * —
ܐܝܠܝܢ ܕܡܢ ܘܐܚܪܢܐ ܐܡܪܝܢ ܠܗܘܢ ܕܡܢܬܗ ܕܐܚܪܢܐ ܐܠܗܐ
ܘܫܠܝܚܐ * — ܗܢܘܢ ܕܝܢ ܟܝܬ ܒܢܘ ܒܪܫܝܬܐ ܕܥܠܡܐ. ܘܐܚܪ
ܡܢܝ ܒܢܝܗܘܢ ܕܫܡܥܐ ܐܝܟ ܢܘܚܐ ܕܐܠܗܐ ܐܚܪܝܢ * — ܘܐܚܪܘ[1] ܒܡܢܐ
ܡܕܝܢܬܐ. ܡܢ ܗܢܘܢ ܡܢܗܘܢ ܐܬܐܡܪܘ ܒܐܢܛܝܘܟܝ ܠܥܡܐ ܕܡܫܝܚܝܐ *
— ܗܘ ܐܡܪ ܐܢܐ ܠܟܘܢ. ܕܐܝܬܘ ܒܢܝܫܐ ܘܐܦ ܐܚܪܢܐ ܐܝܟ ܡܢܗܘܢ
ܒܫܪܪܐ ܡܢ ܒܪܗ * — ܡܢ ܒܥܠܢܐ ܓܝܪ ܐܢܐ ܡܘܬܐ ܘܩܝܡܬܐ ܘܐܝܟ ܒܢܝܐ
ܕܫܡܥܐ ܡܢ ܐܚܪܢܘܬܢ. ܘܐܚܪܢܐ ܗܢܘܢ ܡܢ ܒܢܝܐ ܡܫܝܚܐ *

LECTIO 71.

De Conjunctionibus.

323. — Conjunctiones aliae sunt *inseparabiles* — ܘ et ܕ — aliae vero *separatae*. Distingui possunt praeterea in simplices et compositae.

324. — Conjunctiones *simplices* magis usitatae sunt:

ܐܘ	*aut, vel*	ܠܡ	*ne*
ܐܘ...ܐܘ	*sive...sive*	ܕܠܡ	*numquid*
ܐܝܟ	*sicut*	ܕܠܡܐ	*ne forte*
ܐܠܐ	*si non, nisi, sed*	ܘ	*et, etiam, at*
ܐܢ	*si*	ܘܠܐ	*neque*
ܐܠܘ	*quod si*	ܟܕ	*quum, quando*
ܐܠܘܠܐ	*nisi*	ܟܕ ܗܘ	*quamquam*
ܐܦ	*etiam*	ܡܢ ܟܕ	*ex quo,*
ܘܐܦ	*etiam*	ܟܝ	*quaeso, igitur*
ܐܦܠܐ	*neque*	ܟܝܬ	*videlicet*
ܐܦܢ	*quamvis*	ܐܘܟܝܬ	*videlicet*
ܐܪܐ	*an*	ܟܝܠܘܬ	*scilicet*
ܒܕܝܠܗܢ	*propterea*	ܠܐ	*non, neque*
ܒܪܡ	*sed, profecto*	ܠܘܝ	*utinam*
ܓܝܪ	*enim, quidem*	ܠܡ	*nimirum*
ܕ	*ut, quod*	ܡܕܝܢ	*ergo*
ܕܝܢ	*vero*	ܡܢ	*quidem*
		ܥܕ	*donec, dum*
		ܥܕ ܠܐ	*antequam*

[1] Paulus *nempe* et Barnabas in Antiochia.

325. — Plures inveniuntur conjunctiones *compositae* ex adverbiis aut praepositionibus et particula ܕ vocabulo sequenti praefixa. Hujusmodi sunt:

ܐܝܟ ܕ	*quemadmodum*	ܟܠ ܐܡܬܝ ܕ	*quotiescumque*
ܐܝܟܢܐ ܕ	*sicuti, prout*	ܟܡܐ ܕ	*quomodocumque*
ܐܡܬܝ ܕ	*cum, quando*	ܟܡܐ ܕ	*quantumcumque*
ܐܢܗܘ ܕ	*si*	ܟܪ ܕ	*ubi*
ܐܝܟܐ ܕ	*ubi*	ܡܐ ܕ	*cum, postquam*
ܒܕ	*eo quod*	ܡܛܠ ܕ	*propterea quod*
ܚܠܦ ܕ	*propterea quod*	ܡܢ ܕ	*postquam*
ܒܬܪ ܕ	*postquam*	ܥܠ ܕ	*eo quod*
ܟܠ ܐܝܟܐ ܕ	*ubicumque*	ܩܕܡ ܕ	*antequam*

326. — *Adnot.* — Conjunctiones ܓܝܪ (gr.=γάρ), ܕܝܢ (gr.=δέ), ܟܝ, ܗܟܝܠ, ܟܝܬ, ܡܢ (gr.=μέν) et interdum ܩܕܡ, primae propositionis voci postponuntur: ܐܒܝ ܓܝܪ ܦܩܕܢܝ *pater enim meus jussit me.*

VOCABULARIUM.

ܥܠܡܐ	mundus	ܬܩܠ	*Ethpe.* scandalizatus est
ܓܦܬܐ	vitis	ܡܠܝܚܐ	salsus
ܙܝܬܐ	oliva	ܡܟܣܢܘܬܐ	reprehensio
ܒܝܫܐ	malus, pravus	ܥܠܝܐ	supremus
ܥܗܕ	*Af.* commemoravit	ܫܬܐ	bibit
ܚܘܒܬܐ	culpa	ܬܐܬܐ - ܬܐܢܐ	ficus

EXERCITIUM.

ܠܐ ܓܝܪ ܐܬܝܬ. ܐܠܐ ܐܬܝܬ ܗܘ. ܩܕܡ ܓܝܪ ܠܐ ܐܬܝܬܘܢ ܐܦ ܠܐ ܒܒܝܬܐ ܗܘ ܕܒܥܠ ܡܢ ܟܠ ܗܘ ※ — ܡܢ ܐܦ ܡܕܝܢܬܐ ܠܐ ܡܬܚܡ. ܐܠܐ ܕܝܠܗ. ܘܐܦ ܕܝܠܗ ܒܝܬ. ܬܬܟܠ ܡܢ ܘܢܫܬܐ ܕܡܢ ܡܢܝ ܚܝܝ ※ —

ܘܒܝܬ ܡܢ ܕܚܙܝܬ ܒܡܕܝܢܬܐ ܟܠ ܒܥܝܢ ܘܐܡܪ. ܐܬܘ ܓܝܪ ܢܫܬܟܚ ܐܝܟ ܕܐܬܚܙܝ ܡܬܡܠܟܝܢ ܐܝܟ ܥܘܠܐ ܢܫܬܠܡ. ܗܢܐ ܕܝܢ ܐܬܢܛܪ ܥܠܝܗܘܢ ܡܢ ܒܢܝܢܝܗܘܢ ※ — ܕܟܠ ܡܠܝܚܐ ܕܡܢ ܓܝܪ ܡܬܟܬܒ ܢܦܩܘܢ ܡܠܐ ܚܕܬܐ ܘܡܕܡ ܕܝܢ. ܐܘ ܕܟܠ ܡܠܝܚܐ ܬܐܬܐ ܐܢܬܬ ܕܙܝܬܐ ܐܝܬܝܗ ܐܘ ܓܦܬܐ ܬܐܢܐ. ܗܟܢܐ ܐܦ ܠܐ ܡܝܐ ܡܠܝܚܐ ܡܥܒܕܝܢ ܕܢܬܚܠܘܢ ܚܕܬܐ ※ — ܟܠ ܓܒܪܐ ܘܐܡܪ ܠܗ. ܐܢ ܡܟܣܢ ܢܬܩܠ ܒܟ. ܐܢܐ ܡܬܩܠ ܠܐ ܐܬܬܩܠ ܒܟ ※ — ܐܬܗܘ ܕܥܠܡܐ ܒܝܫܐ. ܙܒܢ ܓܝܪ ܒܗ ܚܘܒܬܐ. ܐܦ ܕܝܢ ܕܢܬܕܟܪܘܢ ܚܘܒܐ. ܟܠܗ ܫܘܒܐ ܡܟܣܢܘܬܗ ※ — ܟܠ ܐܡܬܝ ܓܝܪ ܕܐܬܚܝܢ ܐܢܫܝܢ ܒܚܛܐ ܗܢܐ ܘܡܚܝܢ ܐܢܫܝܢ ܡܢ ܗܢܐ. ܡܘܬܐ ܗܘ ܕܡܢܗ ܡܫܬܘܕܥ ܐܢܫܝܢ ܒܥܠܡܐ ܒܥܠܡܐ ܕܠܥܠܡ ※

LECTIO 72.

De Interjectionibus.

327. — Interjectiones usitatiores sunt:

ܐܝܗܐ	*eia!*	ܐܘܦ	*ah! heus!*	ܘܝܠ	*heu!*
ܐܝܗ	*euge!*	ܐܡܝܢ	*amen*	ܛܘܒ	*beatitudo!*
ܐܘ	*o!*	ܒܥܘ	*obsecro*	ܐ	*o!*
ܐܘܝ	*oh!*	ܗܐ	*ecce!*	ܐܝ	*oh!*
ܐܘ	*heu!*	ܗܘܝ	*heu!*	ܠܘܝ	*utinam!*
ܐܘܝ	*vae!*	ܘܝ	*vae!*	ܐܠܘܦ ܕܝ	*utinam!*
ܐܘܗ	*vah!*	ܘܝܐ	*vae!*	ܒܝ vel ܒܐ	*quaeso*

328. — *Adnot.* — 1) Interjectiones ܛܘܒ, ܘܝܠ, ܘܝ, ܐܘ, ܐܘ, ܐܘܗ, postulant ܠ praefixum in vocabulo sequenti; ܐܘܗ vero praepositionem ܥܠ interdum assumit — 2) ܛܘܒ et ܘܝܠ cum suffixis, more tamen nominis pluralis, copulari possunt — 3) ܒܝ vel ܒܐ nonnisi Imperativo conjungitur.

VOCABULARIUM.

ܓܒܝܠܘܬܐ	figmentum	ܥܒܪ	pertulit
ܓܒܠ	finxit	ܦܣܩ	abscidit
ܙܩܝܦܐ	crux	ܦܪܩ	(*Pa.*) liberavit
ܢܣܝܘܢܐ	tentatio	ܫܠܡ	*Ethpe.* traditus est

EXERCITIUM.

ܐܬܡܠܘ ܓܝܪ ܐܦ ܦܣܩܘ ܢܦܣܩܘܢ ܗܢܘܢ ܕܕܠܚܝܢ ܠܟܘܢ * —
ܐܡܪ ܠܗ ܡܪܗ. ܐܝܟ ܥܒܕܐ ܛܒܐ ܘܡܗܝܡܢܐ. ܠܐ ܓܒܝܠܐ ܡܘܕܐ
ܠܓܒܘܠܗ ܠܐ ܗܟܢܐ ܥܒܕܬܢܝ. ܟܠܗ ܠܒܢܝܢܫܐ ܕܡܢܝ * — ܐܝܟ ܗܘ ܟܠܐ
ܡܢ ܐܝܟ ܐܘ ܥܒܕܐ ܕܦܠܚܐ ܠܐܚܪܢܐ ܗܟܢ ܐܝܬ. ܥܒܕܐ ܐܡܪ ܠܓܒܘܠܗ
ܠܡܢ ܕܓܒܠܗ ܥܒܕܬܢܝ ܗܟܢܐ ܓܒܠܬܢܝ * — ܘܐܡܪ. ܐܦ ܩܪܐ
ܗܝܠ ܘܟܝܠ ܠܗ ܠܥܒܕܐ ܒܗܠܝܢ. ܦܪܩ ܢܦܫܗ ܘܫܒܩܗ ܡܢ ܙܩܝܦܐ *
— ܗܘ ܠܗ ܓܝܪ ܠܥܒܕܐ ܗܘ ܕܥܒܕܗ ܥܒܕ ܘܐܢܫܐ ܡܫܠܡܝܢ. ܦܠܣ
ܗܘܐ ܠܗ ܠܥܒܕܐ ܗܘ ܐܝܟ ܠܐ ܐܬܠܝܕ * — ܐܬܥܒܪܬ ܠܥܒܕܐ ܐܥܒܪ
ܢܣܝܘܢܐ. ܕܟܠ ܕܐܬܐܠܨ ܢܣܒ ܟܠܝܠܐ ܕܚܝܐ. ܗܘ ܕܡܠܟ ܐܠܗܐ ܠܐܝܠܝܢ
ܕܪܚܡܝܢ ܠܗ *

ܓܒܪ ܫܘܒܚܐ ܐܒܐ ܘܒܪܐ
ܡܢ ܥܘܡܩܐ ܐܦ ܡܢ ܚܝܐ.
ܘܐܘܪܒ ܠܒܘܝܐ ܩܕܝܫܐ
ܠܟܠܗ ܒܢܝ ܐܢܫ ܕܐܢܫܝܢ *

III

SYNTAXIS

CAPUT I.

De singulis orationis partibus.

I) De syntaxi nominis.

LECTIO 73.

De statu absoluto et emphatico.

329. — Status absolutus, indeterminationem nominis originario indicans, ab statu emphatico plerumque supplantatus est ita ut in substantivis haud paucis omnino desit. Primigenia utriusque status significatione fere amissa, non semel apparet ubi nominis determinatio postulatur. Attamen cum nativa sua significatione praedominat quidem:

a) in participiis absolute positis.

b) in reiteratione distributiva: ܬܓܡܝܢ ܬܓܡܝܢ *per turmas.*

c) frequenter in nominibus quae numeralibus qualificantur aut etiam vocibus ܟܠ *omnis,* ܟܡܐ *quantus* et interdum ܐܝܟܢܐ *qualis*: ܡܢ ܚܕ ܕܡ *ex uno sanguine*; ܟܠ ܐܢܫܝܢ *omnes homines.*

d) aliquando post negationem, praecipue cum ܕܠܐ *absque*: ܕܠܐ ܪܚܡܝܢ *absque misericordia.*

e) in quibusdam dictionibus adverbialibus: ܠܥܠܡ *in aeternum*; ܒܟܠܥܕܢ *semper*; ܡܢ ܫܠܝ *repente.*

330. — Status absolutus necessario usurpatur in adjectivis et participiis passivis quoties praedicata sunt nec copula intercedit; frequentius etiam interveniente ܗܘܐ aut Pron. pers.; sed mediante ܐܝܬ communiter in statu emphatico ponuntur: ܣܓܝܐܝܢ ܒܢܝ ܒܝܬܝ *multa est familia mea*; ܪܚܝܡ ܗܘܐ ܩܠܗ *gratiosa erat vox ejus*; ܩܕܝܫܐ ܐܝܬܝܟ ܡܪܝܐ *sanctus es Domine.*

LECTIO 74.

De genitivo et statu constructo.

331. — Status constructus crebro adhuc adhibetur, inprimis:

a) cum inter nomen regens et nomen rectum intima viget connexio, etsi intercedat praepositio: ܪܦܦ ܥܝܢܐ *ictus oculi*; ܡܣܒ ܒܐܦܐ *hypocrisis.*

b) in dictionibus compositis ope ܒܥܠ *possessor*, ܒܪ *filius*, ܒܪܬ *filia*, ܡܪܐ *dominus*, ܪܒ *princeps*, ܪܫ *caput*, ܒܝܬ *domus* et similibus: ܪܒ ܡܠܟܐ *princeps*; ܒܝܬ ܨܠܘܬܐ *domus orationis.*

c) in adjectivis, cum eorum sensus a sequenti nomine aut adverbio restringitur aut determinatur: ܡܪܝܚ ܒܚܛܝܬܐ *audax in peccato*; ܚܝܝ ܟܡܝܪܐܝܬ *viventes misere.*

332. — Notio genitivi multo frequentius per st. emphaticum et subsequens ܕ nomini recto praefixum exprimitur: ܡܘܠܕܐ ܕܐܢܫܘܬܐ ܕܒܪ ܐܠܗܐ *nativitas humanae naturae Filii Dei.*

333. — Si ambo termini determinati sint, prior ornari solet suffixo 3. pers. quod nomen rectum praeveniat: ܕܚܠܬܗ ܕܐܠܗܐ *timor Dei.*

334. — Inter st. constructum et nomen rectum nullum vocabulum, nisi forte unam ex particulis postpositivis ܕܝܢ, ܓܝܪ etc. vel copulam enclitice adhibitam inserere licet: ܐܠܗܐ ܕܝܢ ܫܡܝܐ *Deus igitur coeli.*

335. — Inter nomen regens et genitivum cum ܕ intercedere possunt diversa elementa; imo interdum praecedit genitivus: ܝܗܘܕܐ ܕܝܫܘܥ ܡܫܝܚܐ ܥܒܕܐ *Iudas, Iesu Christi servus.*

336. — Saepe ܕ nominibus praefixum occurrit sine regente: ܕܒܝܬ ܝܥܩܘܒ *(qui sunt) de domo Iacob.*

337. — Genitivus possessivus raro praefixo ܠ exprimitur: ܟܘܒܫܐ ܠܪ̈ܓܠܝܟ *scabellum pedum tuorum.*

LECTIO 75.

De adjectivi ad substantivum relatione, et de appositione.

338. — Adjectiva cum substantivo conveniunt genere et numero. Regulariter substantivo postponuntur; tamen haud raro illud praecedunt: ܪܥܝܐ ܛܒܐ *pastor bone*; ܥܠܘܒܐ ܡܘܬܐ *avida mors.*

339. — In appositione nomen appositum stat modo ante, modo post substantivum. In genere adjuncta honorifica praecedunt: ܡܫܒܚܐ ܘܪܚܡ ܡܫܝܚܐ ܡܪܝ ܛܝܡܬܐܘܣ ܐܦܝܣܩܘܦܐ *illustris et amator Christi, Domine Timothee episcope.*

340. — Appositio saepe adhibetur, loco genitivi cum ܕ, in locutionibus indicantibus mensuram aut materiam: ܬܠܬܝܢ ܡܕ̈ܝܢ ܚܛ̈ܐ *30 modii tritici.*

341. — Uti appositio habenda sunt adjectiva ܣܓܝ *multus*, ܩܠܝܠ *exiguus*, cum ad instar adverbiorum invariata manent: ܣܓܝ ܨܒܘ̈ܬܐ *multae res*; ܝܘܡ̈ܬܐ ܩܠܝܠ *dies pauci.*

LECTIO 76.

De numeralibus.

342. — Numeri cardinales vel anteponi vel postponi possunt rei numeratae in appositione ad ipsam.

343. — Nomen numeratum, excepto post unitatem et numeros per unitatem terminatos, semper est in plurali: ܥܣܪ̈ܝܢ ܘܚܕ ܝܘܡܐ *21 dies*; ܫ̈ܢܝܢ ܐܪܒܥܝܢ *anni 40.*

344. — Pluralia ex ܐܠܦܐ *mille* et ܪܒܘ *myrias* regunt interdum genitivum cum ܕ: ܪ̈ܒܘܬܐ ܕܡܠܐܟ̈ܐ *myriades angelorum.*

345. — Loco ordinalium frequentius usurpantur cardinalia in genitivo praesertim cum ܕ: ܝܘܡܐ ܕܬܪܝܢ *dies secundus.*

346. — Dies mensis et quinque priores dies hebdomadae indicantur per cardinalia et ܒ nomini communi aut proprio mensis vel communi hebdomadae conjuncto [1]: ܒܥܣܪ̈ܝܢ ܘܚܡܫܐ ܒܟܢܘܢ *die 25 Canūn.*

347. — In indicationibus numeralibus haud praecisis, interdum juxtaponuntur numeri absque ܐܘ; *circiter* vero per ܐܝܟ exprimitur: ܬܪܝܢ ܬܠܬܐ *duo vel tres*; ܐܝܟ ܐܡܬܐ ܚܕܐ *circiter cubito uno.*

LECTIO 77.

De vocibus ܟܠ et ܡܕܡ.

348. — ܟܠ (ܟܘܠܐ, proprie *universitas*) usurpatur:

a) in st. absoluto aut emphatico tamquam substantivum notans *omnia*: ܡܪܐ ܟܠ *dominus omnium*; ܩܕܡ ܟܠܐ *ante omnia.*

b) saepe in st. constructo praepositum nomini, aut pronomini relativo vel indefinito, aut conjunctioni, et habet significationem *omnis, unusquisque, quilibet*: ܟܠ ܝܘܡ *quotidie*; ܟܠܕܡܐ *quilibet modus.*

c) saepissime cum suffixo, absolute, cum significatione *omnes*, aut conjunctum cum alio nomine, et tunc includit significationem *totus, omnes*: ܒܟܠܗ ܓܠܝܠܐ *in tota Galilaea*; ܩܛܠ ܛܠܝ̈ܐ ܟܠܗܘܢ *occidit omnes pueros.*

---

[1] Ad dies mensis significandos a 4 usque ad 19 inveniuntur etiam formae desinentes in ܬܐ (311), quae eodem modo construuntur.

N. B. — Animadverte constructiones: ܟܠ ܚܕ *unusquisque*, ܟܠ ܐܝܟ ܕ *omnino sicut*, ܟܠܡܕܡ *quidquid*, ܟܠ ܟܡܐ *quantum*, ܟܠ ܗܘܐ ܕ *tantummodo ut*, ܟܠ ܟܠܗ *omnino prorsus*, ܟܠ ܚܕ ܫܢܝܢ *senis annis*.

349. — ܡܕܡ, quod est invariabile, occurrit:

a) ut pronomen indefinitum *aliquid*, ad instar substantivi (res): ܕܚܠܐ ܕܡܕܡ *timor alicujus rei*.

b) cum adjectivo, aliquando per ܕ conjuncto: ܡܕܡ ܝܬܝܪ *aliquid amplius*; ܡܕܡ ܒܝܫ vel ܡܕܡ ܕܒܝܫ *aliquid malum*.

c) ut adjectivum indefinitum, in appositione ad substantiva vel pronomina, cum significatione *aliquis*, *quidam*: ܡܐܢܐ ܡܕܡ *vestes quaedam*.

d) bis etiam repetitum, adjecto saepius ܕ, et tunc reddi potest per *varius*, *qualiscumque*: ܡܐܢܐ ܐܝܬ ܠܗ ܕܡܕܡ ܡܕܡ *habebat ornamenta varia*.

II) De syntaxi pronominis.

LECTIO 78.

De pronomine personali et demonstrativo.

350. — Pronomen 3. pers., sive separatum sive cum praepositione, praecedit aliquando nomen determinatum aut pronomen personale vel demonstrativum, ad determinationem corroborandam. Praepositiones ܒ et ܠ ante nomen vel pronomen repetuntur: ܒܗܘܢ ܕܝܢ ܒܝܘܡܬܐ ܗܢܘܢ *in illis diebus*; ܗܘ ܥܩܐ ܐܙܠ ܡܢܗ *tristitia illa exibit ab ea*.

351. — ܗܘ encliticum crebro vocabulis, adhuc alteri pronomini pers. vel demonstrativo, adnectitur ad majorem determinationem: ܠܝ ܗܘ ܥܒܕܬܘܢ *mihi utique fecistis*.

352. — Sensus reflexivus, ubi per formas verbales non exprimitur, potest significari nominibus ܢܦܫܐ *anima*, ܩܢܘܡܐ *persona*, ܝܬܐ *essentia* suffixo auctis, aut pronomine suffixo cum diversis praepositionibus, aut postponendo pronomini separato ܠ cum suffixo: ܐܣܝܐ ܐܣܐ ܢܦܫܟ *medice cura te ipsum*; ܗܘ ܒܗ ܒܗ ܡܛܫܐ *ille se abscondit in semetipso*.

353. — Saepe particula ܠ cum suffixo in sensu reflexivo jungitur quibusdam verbis, quin aliquam vim eis addat: ܐܙܠܘ ܠܗܘܢ ܒܬܪܗ *iverunt post eam*; ܡܝܬܘ ܠܗܘܢ *mortui sunt*.

354. — Notatu digna est adjectio suffixi substantivis in genitivo cum significatione denominativa: ܗܘ ܕܫܐܕܘܗܝ *ille daemoniacus*.

355. — Pronomen demonstrativum remotum sicut et ܗܘܟܝܢ ante substantivum determinatum ejusdem determinationem corroborat, sicut de pronomine 3. pers. dictum est: ܐܡܪ ܠܗ ܗܘ ܥܒܕ ܡܠܟܐ *dicit ei ille servus regis*.

LECTIO 79.

De pronomine possessivo separato et de relativo.

356. — Pronomen possessivum ܕܝܠܝ, ܕܝܠܟ etc. substantivis postpositum loco suffixi possessivi saepe emphasim tribuit, necessarioque adhibetur cum vocibus graecis quae suffixum non patiuntur: ܠܒܘܝܐܐ ܕܝܠܢ *ad adjutorium nostrum*; ܩܠܝܪܘܣ ܕܝܠܗ *clerus ejus*.

357. — Crebro expletive ponitur post — raro ante, et quidem cum emphasi — suffixum possessivum: ܡܠܟܘܬܝ ܕܝܠܝ *regnum meum*; ܕܝܠܢ ܣܝܡܬܢ *noster quidem thesaurus*.

358. — Ante genitivum cum ܕ, saepe nomine regente suffixo jam ornato, exprimit pronomen *ipse*: ܟܘܪܗܢܗ ܕܡܠܟܐ *morbi ejusdem regis.*

359. — Haud raro subsequitur praepositionem cum suffixo, ad istius significationem roborandam: ܠܢ ܕܝܢ ܝܗܒ ܠܢ *nobis quidem dedit.*

360. — Particula relativa ܕ, si nullum praecedat substantivum ad quod referatur, aut etiam substantivo praecedente, praesertim si istud valde distet, libenter unum vel duo e pronominibus demonstrativis, interrogativis aut indefinitis [1] sibi adsciscit tamquam correlativum: ܗܘ ܡܢ ܕܥܒܕܗ *ille qui commiserat illud*; ܗܠܝܢ ܡܕܡ ܕܟܬܒܬ ܠܟ *quae scripsi tibi.*

361. — Pronomen tamen relativum saepissime absque ullo correlativo subsistit, quo in casu praepositionibus copulari potest: ܥܠ ܕܠܐ ܘܐܐ *de eo quod non decet.*

III) De verborum temporibus, modis ac regimine.

LECTIO 80.

De Perfecto.

362. — Perfectum, quod indicat in genere actionem praeteritam:

a) ponitur praeprimis ad tempus historicum designandum: ܐܠܝܐ ܐܟܣ ܠܐܚܐܒ *Elias reprehendit Achab.*

[1] ܡܢ ܕ occurrit etiam pluraliter, *ii qui*. Cum agitur de neutro, correlativum demonstrativum ostendit aliquoties formam masculinam. ܗܘ ܕ, ܗܘ ܕ potest adhiberi etiam pro 2. pers.: ܗܘ ܕܐܝܬܝܟ *qui es.*

b) in verbis quae statum vel qualitatem significant aut actionem ab agente passam ac perdurantem saepe idem valet ac praesens nostrum [1]: ܩܢܛܬ ܠܝ ܒܚܝܝ *taedet me vitae meae.*

c) inservit pro Plusquamperfecto: ܘܠܐ ܣܓܕܘ ܠܨܠܡܐ ܕܥܒܕ *neque adoraverunt statuam quam fecerat.*

d) interdum vim habet Perfecti futuri, praesertim post ܡܐ ܕ, adhibito quandoque in altero membro etiam Perfecto: ܡܐ ܕܩܡܘ ܗܦܟܘ ܠܗܘܢ ܠܫܝܘܠ *et cum resurrexerint revertentur in Šeol.*

363. — Perfectum significat etiam actionem non realem, impossibilem aut parum probabilem, praesertim in orationibus optativis et conditionalibus: ܡܢܘ ܢܐܡܪ ܠܝ *quis mihi diceret!* ܠܡܢܐ ܐܬܛܫܝܬ ... ܫܕܪܬܟ ܕܝܢ ܒܚܕܘܬܐ *quare te celasti... equidem dimisissem te cum gaudio.*

364. — Subjunctivum, praesertim post conjunctiones *usque dum, donec, antequam,* potest etiam per Perf. exprimi cum ad modalitatem actionis praeteritae potius quam futurae attenditur: ܦܩܕ ܕܝܢܐ ܕܢܬܩܠܘܢ ܐܢܘܢ *praecepit judex ut appenderent eos.*

365. — ܗܘܐ encliticum additum Perfecto alterius verbi plerumque respondet Plusquamperfecto. Saepe tamen redundat: ܢܦܩ ܗܘܐ ܡܠܟܐ *egressus fuerat rex*; ܟܕ ܚܙܝܗ ܗܘܐ ܩܒܠܗ ܗܘܐ *cum vidit eum, recepit illum.*

LECTIO 81.

De Imperfecto.

366. — Imperfectum, quod Perfecto contraponitur, raro pro actione praesenti momentanea aut durativa ponitur, loco Part. act. (372).

[1] Ita contingit in verbo ܩܢܛ. Frequentius tamen praesens huius verbi exprimitur per Part. act.

367. — Est forma propria in votis, precibus, cohortationibus exprimendis, aut ad rem venturam designandam, cum actio desiderata vel quae possibilis habetur tamquam futura saltem probabiliter cogitatur: ܬܺܐܡܰܪ ܠܝ *dicas mihi*; ܢܺܐܙܰܠ ܘܢܡܽܘܬ *eamus et moriamur*; ܐܙܰܡܰܪ *cantabo*.

368. — Prohibitio significatur, ut in ceteris linguis semiticis, per Impf. in 2. p. cum ܠܳܐ; simplex vero jussio, e contra, per Imptv., raro per Impf.: ܠܳܐ ܬܶܩܛܽܘܠ *non occides*; ܠܡܳܪܝܳܐ ܐܰܠܳܗܳܟ ܬܶܣܓ݁ܽܘܕ *Dominum Deum adorabis*.

369. — Modus subjunctivus ab alio verbo pendens indicatur communiter per Impf., etsi verbum principale in sphaera praeteriti inveniatur: ܩܛܰܪ ܒܶܗ ܕܢܶܣܰܒ *coëgit eum ut acciperet*.

370. — Imperfectum cum Perf. ܗ̱ܘܳܐ conjunctum in usum venit ad repetitionem actionis tempore praeterito indicandam, aut ad significandam actionem non realem, impossibilem aut parum probabilem, praesertim in propositionibus conditionalibus et optativis: ܠܘ ܐܢܳܫ ܢܺܐܡܰܪ ܗ̱ܘܳܐ *si quis dicebat*; ܡܰܢ ܟܶܝ ܢܶܫܟܰܚ ܗ̱ܘܳܐ *quis ergo posset sufficere*.

371. — ܗ̱ܘܳܐ libenter additur simplici Impf. in enuntiatione quae pendet a Perfecto per modum subjunctivi: ܝܰܗ̱ܒ ܠܗܽܘܢ ܚܰܝ̈ܶܐ ܕܢܶܬܬܙܺܝܥܽܘܢ ܗ̱ܘܰܘ *tribuit eis vitam ut se moverent*.

LECTIO 82.

De Participio.

372. — Participium **activum** exprimit aliquem statum absque ulla temporis determinatione, ad instar adjectivi praedicativi. Sensu verbali

a) praecipue ponitur ad tempus praesens significandum [1]: ܡܰܘܕ݁ܥܺܝܢܰܢ ܠܟ݂ܽܘܢ *notum facimus vobis*.

b) crebro etiam ponitur pro futuro absoluto, quo in casu vix distinguitur ab Impf. ipsum substituente: ܐܰܝܟ݁ܰܢ ܠܳܟ݂ ܫܳܒ݂ܩܺܝܢ *tibi quomodo condonabunt?*

c) libenter quoque substituit Impf. cum significatione futuri quoties agitur de subjunctivo (369): ܥܕܰܡܳܐ ܕܐܳܬܶܐ ܒܶܗ ܚܽܘܒ݁ܳܐ *donec veniat in eum amor*.

373. — Perfecto verbi ܗ̱ܘܳܐ postposito

a) plene determinatur ad sphaeram praeteriti, sicque actionem durantem vel repetitam facile designare invenitur: ܘܡܰܠܶܦ ܗ̱ܘܳܐ ܠܗܽܘܢ *et docebat eos*.

b) usurpatur pariter cum actio, temporis quidem praeteriti, futura est relate ad alteram quae logice praecedit quacum sociatur: ܪܡܰܙܘ ܩܰܕܺܝ̈ܫܶܐ ܕܠܳܐ ܢܶܕܒ݁ܚܽܘܢ ܗ̱ܘܰܘ *innuerunt sancti ut non sacrificarent*.

c) inducit frequenter actionem non realem, impossibilem aut parum probabilem, praesertim in enuntiationibus conditionalibus: ܨܳܒ݂ܶܐ ܗ̱ܘܺܝܬ *vellem*.

374. — Participium **passivum** exprimit statum aliquem passum vel effectum actionis completae, unde accipi potest ut adjectivum. Verbaliter

a) adhibetur inprimis pro praeterito, rarissime vero pro Perf. historico: ܗܰܘ ܕܰܣܚܺܐ *qui lotus est*.

b) aliquando usurpatur pro Impf.: ܥܕܰܡܳܐ ܕܡܶܬ݂ܓ݁ܠܶܐ *donec revelatum sit*.

375. — In quibusdam verbis Part. pass., cum forma praesertim ܩܛܺܝܠ, habet significationem activam: ܛܥܺܝܢ *portans*, ܫܩܺܝܠ *ferens*, ܕܒ݂ܺܝܪ *ducens*, ܢܓ݂ܺܝܕ, ܣܚܺܝܒ *trahens*, ܐܚܺܝܕ, ܠܒ݂ܺܝܟ *tenens*, ܩܢܶܐ *possidens*, ܣܢܺܝܩ *indigens*, ܡܨܶܐ *potens*, ܕܟ݂ܺܝܪ *recordans*, ܚܕܺܝܪ, ܟܪܺܝܟ, ܚܒܺܝܫ, ܣܚܺܝܦ *cingens*, ܐܚܺܝܕ, ܟܪܺܝܟ *circumdans*, ܣܒ݂ܺܝܪ

[1] Part. ܐܳܡܰܪ crebro in narrationibus assumitur pro Perf. tamquam praesens historicum: ܐܳܡܰܪ ܠܶܗ ܝܶܫܽܘܥ *dicit ei Iesus*.

induens, ܫܠܚ *exuens*, etc. Possunt tamen etiam in propria significatione passiva usurpari.

376. — Participium pass. cum ܗܘܐ conjunctum efformat speciem quamdam praeteriti Imperfecti aut Plusquamperfecti: ܠܐ ܓܝܪ ܡܫܡܠܝܐ ܗܘܬ ܗܝ ܕܝܬܩܐ *non enim completum erat illud testamentum.*

LECTIO 83.

De Imperativo et Infinitivo.

377. — Imperativus non admittit negationem, pro qua usurpatur Impf. (368). Interdum modo indirecto ponitur: ܕܐܚܐ ܚܕܐ ܡܢ ܬܪܬܝܢ ܬܓܒܐ ܠܟ *ut unum ex duobus eligas tibi.*

378. — Infinitivus saepe ponitur absolute cum verbo finito ejusdem radicis, ad istius significationem roborandam. Communiter praecedit, raro vero postponitur: ܡܩܛܠ ܐܬܩܛܠ *omnino interfectus est.*

379. — Infinitivus absolute non positus semper nectitur praepositione ܠ, quae directionem, finalitatem vel scopum potest exprimere et ita

a) communiter significat actionem verbo praecedenti subordinata, loco subjunctivi: ܡܛܝܒ ܠܡܥܒܕ *dispositus ut faciat.*

b) potest etiam significare complementum quoddam circumstantiale orationis, et in hoc usu particulae ܠ praefigitur adhuc ܕ quotiescumque pendet ab aliqua praepositione: ܦܨܢܝ ܡܢ ܕܠܡܚܙܝܟ *libera me a videndo te.*

c) se habet adhuc ad modum subjecti propositionis nominalis, quod frequenter contingit in orationibus quae necessitatem aut convenientiam significant: ܐܢ ܢܗܘܐ ܠܝ ܠܡܡܬ ܥܡܟ *si oportuerit me mori tecum.*

LECTIO 84.

De rectione verborum.

380. — Objectum verbi, etiam cum non agitur de pronomine suffixo, nulla particula necessario indicatur. Saepissime tamen adhibetur ܠ, ita quidem ut ante objectum quod est determinatum vel adesse vel omitti possit [1], si vero nomen sit indeterminatum, plerumque desit: ܐܣܠܝܘ ܠܫܒܬܐ *profanarunt sabbatum*; ܫܪܘ ܫܒܬܐ *solverunt sabbatum*; ܗܒܘ ܙܕܩܬܐ *date eleemosynam.*

381. — Accusativus Pron. pers. tum suffixis verbi, tum suffixis nominalibus cum ܠ exprimitur. Interdum hujusmodi suffixa verbo adjiciuntur ad majorem emphasim objecti ad quod referuntur: ܥܪܩܗ ܠܗ vel ܥܪܩ ܠܗ *fugit eum (res)*; ܐܚܕܘܗܝ ܠܝܫܘܥ *comprehenderunt Iesum.*

382. — Participium, quod suffixa verbalia non admittit, accusativum pronominalem regit mediante ܠ cum propriis suffixis: ܗܘ ܕܝܕܥ ܠܐܠܗܐ ܫܡܥ ܠܢ *ille qui novit Deum audit nos.*

383. — Infinitivus quoad regimen non secus ac verbum se gerit.

384. — In formis auctis quaedam verba reflexiva construuntur ut activa cum accusativo objecti: ܘܐܬܕܟܪ ܟܐܦܐ ܡܠܬܐ *et meminit Cephas verbum.*

385. — Conjugationes causativae verborum transitivorum duplicem accusativum admittunt; item in *P'al* verba cum si-

[1] Nomina personarum communiter ܠ donantur; nomina vero rerum cum suffixis reflexivis, etsi determinata, fere semper privantur. Pron. indefinitum ܐܢܫ, quod ut determinatum concipitur, semper ܠ assumit. Item ܐܚܪܢ *alius* et ܟܠܗܘܢ *omnes.*

gnificatione *implere, tegere, petere, donare, facere, habere ut, docere* et similibus. In constructione passiva retinetur in accusativo alterum objectum, dum prius evadit subjectum, aliquando latens in verbo: ܐܠܦ ܐܢܘܢ ܐܪܙܐ *docuit eos mysterium*; ܐܥܒܕܟ ܪܫܐ ܪܒܐ *faciam te principem*; ܘܐܬܡܠܝ ܒܝܬ ܡܫܬܘܬܐ ܣܡܘܟܐ *et impletum est triclinium recumbentibus.*

386. — Aliquando, ad explicandum modum actionis verbalis, verbum accipit accusativum internum, id est nomen abstractum vel actionis ejusdem radicis aut sensus ac verbum: ܕܢܓܙܪܘܢ ܠܒܐ ܕܟܐܦܐ ܓܙܘܪܬܐ ܕܠܐ ܒܐܝܕܝܢ *ut circumcidant cor lapideum circumcisione quae manibus non fit.*

387. — Complementa indirecta per praepositiones unicuique verbo proprias introducuntur.

LECTIO 85.

De verbo ܗܘܐ.

388. — Verbum ܗܘܐ potest aut includere praedicatum, significans *existere, fieri,* aut praedicatum copulare subjecto, aut adhiberi per modum verbi auxiliaris.

389. — Perfectum ܗܘܐ:

a) participio vel adjectivo praepositum, praesertim in 2. pers., inservit ad jubendum, consiliandum vel optandum, et vertitur per Imptv. vel subjunctivum: ܗܘܐ ܪܡܐ ܐܘܚܕܢܟ *sit excelsa cogitatio tua.*

b) ab alio verbo pendens cum subsequenti participio aut adjectivo, habet etiam sensum subjunctivi ad significandam actionem intentam: ܨܒܐ ܐܢܐ ܗܟܝܠ ܕܢܗܘܘܢ ܡܨܠܝܢ ܓܒܪܐ *volo igitur ut viri orent.*

390. — Forma enclitica Perfecti:

a) adjectivis aut substantivis praedicativis adjecta, vim habet praeteriti imperfecti; item post adverbium aut locutionem adverbialem quae se habent tamquam praedicatum [1]: ܗܘ ܟܗܢܐ ܗܘܐ ܕܐܠܗܐ *ipse sacerdos erat Dei*; ܒܥܠܡܐ ܗܘܐ *in mundo erat.*

b) post ܠܐ haud raro significationem induit praesentis, saepius tamen negationem mere corroborat: ܠܐ ܗܘܝܬ ܒܠܚܘܕܝ *non sum solus*; ܠܐ ܗܘܐ ܬܡܢ ܗܘܐ ܥܡܗܘܢ *non erat ibi cum eis.*

c) de ܗܘܐ addito Perfecto, Imperfecto, Participio aut particulae ܐܝܬ suo loco dicitur.

391. — Imperfectum ܢܗܘܐ, si participiis aut adjectivis praemittatur, inservit praesertim ad significandas actiones durativas vel repetitas, aut a lege firmiter statutas: ܢܗܘܝܢ ܢܟܦܢ ܘܩܕܝܫܢ *sint sobriae et sanctae.*

LECTIO 86.

De usu ܐܝܬ *et* ܠܝܬ.

392. — ܐܝܬ et ܠܝܬ adhibentur inprimis modo impersonali; subjectum, quod crebro adest, potest esse Pronomen pers. et quidem postpositum: ܠܝܬ ܐܢܘܢ *non sunt amplius.*

393. — ܐܝܬ suffixis nominalibus plerumque conjungitur si de 1. vel 2. pers. agatur; pro 3. vero pers. modo in forma nuda, modo suffixis unita usurpatur, et quidem:

a) cum vices gerit copulae semper suffixa sibi adsciscit: ܐܢܐ ܟܪܣܛܝܢܐ ܐܝܬܝ *ego christianus sum.*

[1] In hoc altero casu traditio occultandi ܗ non est sibi constans.

b) cum significat *existere, adesse* vel (cum subsequenti ܠ) *pertinere, habere*, forma nuda praevalet: ܐܝܬ ܠܢ ܐܒܐ ܣܒܐ *est nobis pater senex*; sed ܐܝܬܝܗ̇ ܠܢ ܚܐܪܘܬܐ *habemus libertatem.*

c) etiam suffixis praeditum potest cum ܗܘܐ libere componi. ܗܘܐ autem encliticum non necessario genere et numero cum subiecto convenit, sed potest invariabile manere: ܨܒܘ̈ܬܐ ܐܚܪ̈ܢܝܬܐ ܐܝܬ ܗܘܐ ܠܗ *aliae res quae erant illi.*

394. — ܠܝܬ rarius cum suffixis copulatur, bene vero cum ܗܘܐ.

395. — Quoad rationem temporis ܐܝܬ et eius negatio ܠܐ ܐܝܬ vel ܠܝܬ stant pro praesenti; adjuncto vero ܗܘܐ, pro praeterito imperfecto: ܐܝܬ ܗܘܬ ܠܗ ܒܪܬܐ *erat ei filia.*

396. — ܐܝܬ cum regimine aut cum suffixis adhibetur etiam post Impf. ܢܗܘܐ ad instar participiorum: ܢܗܘܘܢ ܐܝܬ ܠܗܘܢ ܫܘܠܛܢܐ *sint habentes potestatem*; ܕܠܐ ܢܗܘܐ ܐܝܬܘܗܝ *ut non sit.*

397. — Interdum ܐܝܬ sicut et ܗܘܐ constructa inveniuntur cum adverbiis qualitatis loco adjectivorum: ܐܢ ܫܪܝܪܐܝܬ ܐܝܬܘܗܝ ܡܠܬܐ *si verum est verbum.*

CAPUT II.

De propositionibus.

I) De propositione simplici.

LECTIO 87.

De propositione nominali et verbali.

398. — **Nominalis** propositio ea dicitur cujus praedicatum est nomen vel aequivalens nomini; **verbalis** e contra cujus praedicatum verbo constituitur.

399. — Subjectum propositionis nominalis potest esse non tantum substantivum sed et Infinitivum (379, c); imo et verbum finitum aut integra propositio cui per relativum ܕ valor quasi nominalis tribuitur: ܫܠܝܛ ܗܘ ܕܢܐܣܐ *estne licitum curare?*

400. — Subjectum et praedicatum sufficiunt ad propositionem nominalem efformandam quin necessario exprimatur copula. Haec plerumque deest in orationibus brevibus accessoriis, etsi indeterminata maneat sphaera temporalis, raro vero in longioribus: ܚܘܒܐ ܢܘܗܪܐ *amor est lux.*

401. — Ut copula, quae frequentius adest, inservit

a) inprimis Pronomen pers. enclitice usurpatum (126): ܐܢܐ ܐܢܐ ܓܒܪܐܝܠ *ego sum Gabriel.*

b) ܐܝܬ cum suffixis (393, a): ܢܦܫܐ ܐܝܬܝܗ̇ ܡܡܠܠܬܐ *anima est rationalis.*

c) verbum ܗܘܐ: ܠܐ ܗܘ ܗܘܐ ܢܘܗܪܐ *non erat ille lux.*

402. — Pronomen encliticum ut copula ejusdem est personae ac subjectum, sed cum subjecto 1. aut 2. pers. usurpatur etiam pronomen 3. pers.: ܐܢܐ ܗܘ ܒܪܟ *ego sum filius tuus.*

403. — Subjectum pronominale 3. pers., praeterquam in participiis, quae illum includere in seipsis valent, interdum abest etiam in adjectivis: ܘܩܘܝ ܗܘ ܫܬܩܐ *et permansit mutus.*

404. — Cum subjectum propositionis nominalis est Infinitivum, aut Impf. vel Part. act. cum ܕ, praedicatum vero, si adsit, est in genitivo aut dativo, saepe indicatur facultas vel obligatio agendi hoc quod in subjecto significatur. Cum negatione impossibilitas indicatur: ܠܟ ܠܡܕܥ *est tibi sciendum*; ܠܘܬܟ ܗܝ ܕܬܬܚܟܡ *ad te expectat ut sapienter te geras*; ܠܝܬ ܠܡܕܥܗ ܠܐܠܗܐ *non est possibile Deum cognoscere.*

405. — Quoties praedicatum est Part. pass. adjicitur ܠ personae agentis, nisi Part. impersonaliter ponatur: ܙܘܙܐ ܠܝ ܫܩܝܠܝܢ *pecuniam ego abstuli.*

LECTIO 88.

De convenientia praedicatum inter et subjectum, et de ordine membrorum in oratione.

406. — Praedicatum sive verbale sive nominale concordat cum subjecto genere et numero. Sed praedicatum adhiberi potest in genere masculino et numero singulari, etiamsi subjectum sit generis feminini aut numeri pluralis, cum praedicatum antecedit subjectum interjecto aliquo vocabulo: ܦܓܥ ܒܝ ܛܠܝܬܐ *in occursum mihi venit puella*; ܗܠܝܢ ܠܝ ܫܡܝܥܢ *haec audivi.*

407. — Verbum impersonale in alterutro genere usurpatur, saepius vero in feminino: ܟܪܝܬ ܠܗ ܘܐܬܒܐܫ ܠܗ ܛܒ *aegre tulit et multum illi displicuit.*

408. — Collectiva singularia, inter quae numeranda sunt nomina civitatum vel regionum, saepe cum plurali construuntur: ܐܬܘ ܟܠܗ ܗܝ ܐܬܪܐ ܗܘ *venit tota illa regio.*

409. — Cum plurali pariter componuntur pronomina indefinita aut interrogativa quae ad plura individua referuntur: ܩܘܘ ܕܝܢ ܚܕ ܚܕ ܡܢܗܘܢ ܒܕܝܠܗ *manserunt autem unusquisque eorum in suis*; ܡܢ ܐܢܘܢ ܒܢܝܐ *quinam sunt filii?*

410. — Cum subjectum constat duobus vel pluribus nominibus:

a) si sint in singulari, praedicatum ponitur in pl. et in genere respectivo; attamen verbum concordat tantum cum primo nomine si istud sit subjectum principale: ܗܘ ܘܙܪܥܗ ܒܪܝܟܝܢ *ipse et semen eius benedictus est.*

b) si diversi generis sint, praevalet genus masculinum; interdum vero verbum, praesertim si praecedat, in genere et numero convenit cum proximiori et digniori: ܝܩܕܬ ܡܕܝܢܬܐ ܘܗܝܟܠܐ *conflagravit urbs et templum.*

c) si diversas personas complectatur, praevalet prima ceteris duabus, secunda vero tertiae [1]: ܐܢܐ ܘܡܠܟܘܬܝ ܡܙܟܝܢ ܐܢܢ *ego et regnum meum innocens sum.*

411. — Cum duo vel plura verba idem subjectum compositum vel collectivum respiciunt, non raro oratio incipit cum verbo in sg. et prosequitur in pl.: ܘܚܕܝ ܒܗ ܙܥܘܪܐ ܐܢܫܐ ܕܦܫܘ ܒܗ *et laetatus est exiguus numerus hominum qui remanserunt in ea.*

412. — Lingua syriaca magna gaudet libertate in membris orationis disponendis. Quae logice prae aliis eminent communiter antecedunt.

413. — Particulae nonnullae (ut ܕܝܢ, ܓܝܪ, ܟܝ etc.) nunquam a fronte orationis, sed post primam vocem, raro lon-

[1] Persona quae de seipsa loquitur, aliquando adhibet plurale majestaticum; rarius in usum venit, reverentiae causa, plurale personae ad quam sermo dirigitur.

gius, collocantur, licet inter nomen regens et genitivum, aut inter praepositionem et eius regimen inserendae sint: ܣܓܝ ܚܠܦ ܕܗܒܐ *loco auri.*

414. — Non raro a fronte orationis absolute ponitur nomen, interdum etiam integra propositio, sive ad ejus momentum extollendum, sive ob majorem tantum elegantiam, repetito deinde sub forma Pron. pers. in loco quem regulariter occupare deberet. Talis constructio vocatur *nominativus absolutus*, aut respective *casus* vel *propositio pendens*[1]: ܐܢܐ ܗܢܐ ܐܝܬ ܠܝ ܠܡܐܡܪ *ego hoc est mihi dicendum.*

LECTIO 89.

De propositione negativa ac interrogativa directa.

415. — Particula ܠܐ inservit praecipue ad verbum negandum cui immediate praecedit; crebro tamen ab eo disjungitur per particulam, raro separatur per plura vocabula, aut praeponitur adjectivo praedicativo in propositione nominali: ܡܕܡ ܠܐ ܐܫܟܚ ܒܗ *non invenit aliquid in ea*; ܠܐ ܗܟܝܠ ܒܢܝ ܢܣܪܗܒ *ne igitur filii mei festinemus*; ܠܐ ܫܦܝܪ ܗܢܐ ܐܝܟ ܗܘ *non ita pulcher est hic sicut ille.*

416. — Cum negatio immediate afficit aliud orationis membrum quam verbum, sicuti communius in enuntiationibus nominalibus, adhibetur ܠܘ (ex ܗܘ + ܠܐ) vel ܠܐ ܗܘܐ (390, b): ܠܐ ܗܘܐ ܡܢ ܪܥܝܢܝ ܡܠܠܬ *non ex meo judicio locutus sum*; ܠܘ ܟܠܢ ܢܕܡܟ *non omnes dormiemus.*

[1] Iam huc referendae sunt constructiones cum pronomine personali in munere copulae (401-402).

417. — Attamen usurpatur ܠܐ loco duarum praecedentium:

a) in enuntiationibus prohibitivis: ܠܐ ܒܥܠܬܐ ܕܟܘܪܗܢܐ ܢܫܒܩܘܢ ܐܚܐ ܕܝܪܝܐ ܕܝܪܬܗܘܢ *ne sub praetextu infirmitatum fratres monasteria sua deserant.*

b) cum iterari debet cum vi *neque... neque* (422).

c) in compositionibus ܐܦܠܐ *neque*, ܐܠܐ *nisi*, ܕܠܐ *absque*, necnon cum aliquod nomen, pronomen, vel locutionem adverbialem exclusive negat (= ܠܐ privativum): ܕܠܐ ܚܢܢ *absque misericordia*; ܠܐ ܡܝܘܬܐ *immortalis*; ܠܐ ܐܢܫ *nemo*; ܠܐ ܡܢ ܡܬܘܡ *nunquam.*

d) cum singillatim ponitur significans *nihil*, et in orationibus ellipticis: ܠܐ ܡܪܝ *minime Domine.*

418. — Ad interrogationem directam exprimendam, praeter pronomina et adverbia interrogativa, nulla extat in sermone syro particula[1] vel constructio specialis, unde tantum ex vocis inflexione aut ex contextu dignosci potest.

419. — Pronomina et adverbia interrogativa plerumque a fronte enuntiationis, interdum plus minusve remote, collocantur, licet semper verbum, aut in propositionibus nominalibus copulam, praecedere debent: ܠܥܠ ܡܢ ܫܡܝܐ ܡܢܐ ܐܝܬ *quid est supra coelos?*

II) De propositionibus compositis.

LECTIO 90.

De propositione copulativa.

420. — Conjunctio ܘ unionem efficit, non tantum inter duo nomina vel plura membra propositionis, sed inter ipsas propositiones.

[1] Tantum apud scriptores graecizantes occurrit particula ܐܪܐ quam enclitice adhibent. Etiam in usum venit particula postpositiva ܟܐ.

421. — Cum idem verbum duabus propositionibus convenit, saepe in altera subintelligitur: ܫܘܒܗܪܐ ܘܫܘܥܠܝܐ ܠܐ ܝܐܝܐ ܠܡܟܝܟ̈ܐ ܐܝܟ ܕܐܦܠܐ ܟܠܝܠܐ ܒܪܫܐ ܕܡܣܟܢ̈ܐ *arrogantia et superbia non decet humiles, sicut nec corona in capite egenorum.*

422. — Negatio quae duplex afficit subjectum ante unumquodque repetitur; si vero afficit verbum cum multiplici complemento, ante primum complementum vel poni vel omitti potest, repetitur vero ante sequentia: ܘܠܐ ܐܒܘܟ ܘܠܐ ܐܡܟ ܐܬܘ *neque pater tuus, neque mater tua venerunt*; ܠܐ ܝܕܥܬ ܠܐܒܘܟ ܘܠܐ ܠܐܡܟ sive ܠܐ ܝܕܥܬ ܠܐ ܠܐܒܘܟ ܘܠܐ ܠܐܡܟ *non novi neque patrem tuum neque matrem tuam.*

423. — Si duo vel plura participia sibi succedant adjecto pronomine personali, non est necesse post unumquodque pronomen repetere: ܟܕ ܚܓܝܣ ܐܢܬ ܐܘ ܟܕ ܦܫܝܓ *cum sis claudus aut mancus.*

424. — Cum negatio duas propositiones per ܘ conjungendas afficit, modo repetitur, modo semel ponitur in priori. Si vero propositiones parallelae sint, communius loco ܘ vel ܘܠܐ adhibetur ܐܘ: ܘܠܐ ܡܘܡ ܬܐܡܐ ܘܬܟܕܒ *ne omnino jures neque mentiaris*; ܘܠܐ ܬܟܐܒ ܐܘ ܬܬܡܗܠ ܬܪܥܝܬܟ *ne doleat aut desperet mens tua.*

425. — Duo verba quorum alterum ab altero pendet, exprimens consecutionem actionis aut actionem simultaneam, vel indicans dumtaxat modificationem aliquam ipsius, conjungi possunt mediante ܘ loco subordinationis; saepissime vero juxtaponuntur omissa qualibet conjunctione: ܝܗܒ ܠܗܘܢ ܡܪܢ ܢܚܙܘܢ ܢܘܗܪܐ *concessit eis Dominus noster ut viderent lumen*; ܕܢܐܙܠ ܢܨܠܐ *ut vadat (et) oret.* Saepe unum ex duobus verbis non est nisi pro adverbio positum, quod frequentius occurrit in verbis ܐܣܓܝ *multum*, ܡܣܪܗܒ *celeriter*, ܩܕܡ *antea*, ܐܘܣܦ *amplius*, ܗܦܟ *rursus*: ܚܕܬ ܒܢܐ *noviter aedificavit.*

426. — Objectum quod duobus verbis intime sociatis per ܘ commune est, semel tantum ponitur, etsi de objecto–suffixo agatur: ܟܢܫܘ ܘܐܦܩܘ ܘܩܒܪܘܗ̇ *et collegerunt, extulerunt (et) sepelierunt eam.*

LECTIO 91.

De propositione relativa.

427. — Propositio relativa per ܕ introducta, *apponitur* nomini (vel aliquando integrae enuntiationi) ad quod refertur. Relativum saepe excipit pronomen personale ad illud definiendum et extollendum. Hoc pronomen *retrospectivum*:

a) cum relativum est *subjectum*, adesse potest, ac interdum addito demonstrativo roboratur. Necessario vero ponitur in enuntiationibus nominalibus quae relativo tantum et substantivo constant, omissa copula: ܡܠܟܐ ܕܗܘ ܢܪܥܐ ܠܥܡܝ *rex qui pascet populum meum*; ܒܝܬܟ ܕܗܘܝܘ ܗܝܟܠܗ ܕܐܠܗܐ *domus tua quae est templum Dei*; ܒܝܪܚܐ ܩܕܡܝܐ ܕܗܘ ܢܝܣܢ *in mense primo qui est Nisan.*

b) cum relativum est *objectum*, adesse potest sub forma suffixi; plerumque tamen deest, nisi de Participio vel Infinitivo subordinato agatur: ܗܝܡܢܘܬܐ ܕܟܐܢܐ ܐܚܝܕ ܗܘܐ *vera fides quam tenebat*; ܗܘ ܡܕܡ ܕܠܡܟܬܒܘ ܠܐ ܨܒܐ ܗܘܝܬ *illud quod scribere nolebam.*

c) necessario adest cum agitur de genitivo vel de regimine indirecto a praepositione pendente. Si vero regimen indirectum ad nomen temporis vel loci referatur, omitti potest, praesertim si dictum nomen praepositione iam ornatur: ܒܟܠ ܡܕܝܢܐ ܕܐܟܪܙܢ ܒܗ̇ *in omni civitate in qua praedicavimus*; ܒܫܢܬܐ ܩܕܡܝܬܐ ܕܐܡܠܟ *in anno primo quo regnavit.*

d) raro a demonstrativo substituitur, frequenter vero ab adverbio ܐܝܟܐ, cum correlativum est nomen loci [1]: ܠܐܬܪܐ ܕܥܡܪܝܢ ܗܘܘ ܐܝܟܐ *in loco ubi habitabant.*

[1] Cfr. hebr. אֲשֶׁר ... שָׁם.

428. — Cum enuntiatio relativa ad 1. vel 2. personam refertur, aliquando cum 3. pers. construitur: ܐܡܪܘ ܠܝ ܐܝܠܝܢ ܐܢܬܘܢ ܕܨܒܝܢ ܕܢܗܘܘܢ *dicite mihi, vos qui vultis esse.*

429. — Relativum cum pronomine 3. pers. quando refertur ad praecedens pronomen interrogativum ܐܝܢܐ, ܐܝܕܐ, ܐܝܠܝܢ, ܡܢ, ܡܢܘ, ܡܕܡ significat *quicumque*: ܨܒܘܬܐ ܐܝܕܐ ܕܗܝ *quaevis res.*

430. — Omissio relativi, extra V. T. — in quo ut hebraismus existimanda est —, perraro accidit: ܠܐ ܩܢܝܢ ܫܬܐܣܬܐ ܕܗܝܡܢܘܬܐ ܐܝܟ ܥܠܘܗܝ ܢܫܟܚܘܢ ܠܡܒܢܐ *non habent fundamentum fidei super quod possint aedificare.*

431. — Complementum alicujus nominis, sive adverbiale sive aliud, convertitur plerumque in orationem relativam ope ܕ, licet usitetur etiam simplex juxtapositio: ܡܐܙܠܢܗ ܕܠܬܡܢ *profectio ejus illuc.*

LECTIO 92.

De propositione subordinata per conjunctionem ܕ.

432. — Enuntiatio per ܕ inducta constituit generatim objectum propositionis principalis, et tunc

a) locum habet praesertim post verba vel nomina abstracta quae actus quoscumque facultatis cognoscitivae sive appetitivae, aut eorumdem actuum per verba vel scripta manifestationem significant, aut notionem necessitatis, obligationis, contingentiae, possibilitatis, liceitatis, efficientiae, incoeptionis praeseferunt: ܚܙܐ ܐܢܐ ܕܢܒܝܐ ܐܢܬ *video quia propheta es*; ܐܝܬ ܡܫܟܚܐ ܕ *possibile est ut*...

b) post verba *dicendi* significare potest tam sermonem directum quam indirectum. Allocutio directa exprimi etiam potest absque ܕ. Verba ܫܕܪ et ܐܡܪ, cum per ea significatur

missio nuntii vel epistolae, eodem modo ac verba dicendi possunt sermonem de re nuntiata introducere: ܘܬܘܒ ܐܡܪ ܠܗ: ܠܝ ܪܚܡ ܐܢܬ ܐܘ ܠܡܫܝܚܐ. ܐܡܪ ܠܗ: ܠܡܫܝܚܐ *et rursus dixit ei: me amas aut magis Christum? respondit ei: Christum*; ܫܕܪ ܠܗ ܩܘܐܕ ܕܗܒ ܠܝ ܡܫܟܢܐ *misit ei Qavad (nuntium dicens): da mihi pignus.*

c) post verba *jubendi* aliquando loco jussionis ponitur ipsa exsecutio rei jussae, cum conjunctione ܘ: ܦܩܕ ܕܝܢܐ ܘܫܡܠܝܘܗܝ *praecepit judex et impleverunt eum.*

433. — Enuntiatio subordinata per ܕ cum objectum propositionis principalis, juxta regulas de quibus n. praecedenti, non constituit, sed ab illa quoquo modo pendet, potest significare *finalitatem, causalitatem, consecutionem*, etc.: ܐܢܐ ܐܬܝܬ ܕܚܝܐ ܢܗܘܘܢ ܠܗܘܢ *ego veni ut vitam habeant*: ܠܐ ܗܘܝܬ ܒܠܚܘܕܝ ܕܐܒܐ ܥܡܝ ܗܘ *non sum solus, quia Pater mecum est*; ܦܣܩܘ ܕܢܣܝܡܘܢܟ ܥܠܬܐ ܥܠ ܡܕܒܚܗܘܢ ܕܡܢ ܥܓܠ ܬܩܒܠ ܫܘܠܡܐ ܕܚܝܝܟ *destinaverunt te ponere ut holocaustum super altare suum, unde cito accipies finem vitae tuae.*

434. — Frequentissime conjunctio ܕ pendet ab aliquo adverbio aut praepositione quae ei tribuit sensum *causalem, temporalem, finalem* etc. (325). Conjunctio composita ܟܕ crebro significat etiam simplicem statum concomitantem, et in hoc casu saepe accipit Participium: ܟܕ ܩܐܡ *stans.*

N. B. — Conjunctio ܥܕ per se solam introducit propositionem temporalem: ܥܕ ܠܐ ܢܬܟܢܫܘܢ *antequam convenirent.*

435. — Conjunctio ܐܝܟ ܕ:

a) orationes comparativas introducit. Ante Inf. et ante dictiones cum praepositione indicat scopum actionis: ܐܝܟ ܕܠܡܒܨܝܘ *tamquam ad scrutandum.*

b) saepe invenitur sine ܕ, inprimis in propositionibus nominalibus et in comparationibus: ܕܡܐ ܗܘܐ ܐܝܟ ܢܘܪܐ *similis erat igni.*

436. — In propositionibus causalibus et finalibus, et in omnibus in quibus actio verbi subordinati pendet ab actione verbi principalis, verbum subordinatum est in Impf. cum ܕ [1]. Aliquando tamen, praesertim post Imptv:

a) conjungitur per ܘ loco ܕ, aut saepius omittitur conjunctio: ܫܒܘܩ ܢܣܒܥܘܢ ܒܢܝܐ *sine filios satiari.*

b) conjunctione omissa, saepe Part. substituit Imperfectum: ܐܪܦܐ ܢܦܩ *sinam abire.*

c) si vero idem sit subjectum utriusque verbi, libenter invenitur in Inf., quod necessario fit si primum verbum impersonaliter est positum: ܫܠܝܛ ܗܘ ܠܡܐܣܝܘ *licetne curare?*

437. — Enuntiatio temporalis universalis, sicut et relativa universalis, regulas conditionalis realis sequitur (439, a).

LECTIO 93.

De propositione conditionali.

438. — Conditio significatur per ܐܢ, ܐܢܗܘ [2] vel ܐܠܐ; conditio vero non realis significatur praecipue per ܐܠܘ, concessiva per ܐܦܢ *etiamsi.*

439. — Enuntiatio conditionalis, quae est protasis in periodo hypothetica, cum nominalis non est:

a) si conditio est possibilis aut realis, adhibet praecipue Part. act., minus frequenter vero Impf.

b) si conditio ad tempus praeteritum referatur, quod rarius accidit, aut sit parum probabilis vel non realis, verbum

[1] Raro etiam in Perf. invenitur, cum ad modalitatem actionis praeteritae potius quam futurae attenditur: ܦܩܕ ܕܝܢܐ ܕܢܬܩܠܘܢ ܐܢܘܢ *praecepit judex ut appenderent eos.* Cum verbo ܗܘܐ sequendo Part. aut adjectivum aliquando ponitur Perf. loco Impf.: ܨܒܐ ܐܢܐ ܗܟܝܠ ܕܗܘܘ ܡܨܠܝܢ ܓܒܪܐ *volo igitur ut viri orent.*

[2] Occurrit etiam ܐܢ ܗܘܐ ܕ et raro ܐܢ ܕ.

habet in Perfecto (362, d), vel in Part. cum ܗܘܐ aut adhuc aliquando in Impf., quod item ܗܘܐ excipit (370).

Ex.: ܐܠܐ ܣܦܩܝܢ ܢܩܪܘܢ *si sufficientes non sunt, appellent;* ܐܢ ܠܐܪܥܐ ܬܚܘܪ ܡܬܬܙܝܥܐ *si terram respicias, contremiscit;* ܐܢ ܠܗ ܪܕܦܘ ܐܝܟܢܐ ܠܢ ܠܐ ܪܕܦܝܢ *si eum persecuti sunt, quomodo nos non persequentur?* ܐܢ ܐܝܬ ܕܐܡܪ ܗܘܐ *si quis diceret.*

440. — Verbum enuntiationis principalis, quae constituit apodosin, easdem formas induit ac propositiones simplices. Post conditionem non realem tamen libenter adhibetur Part. cum auxiliari ܗܘܐ, interdum vero absque auxiliari: ܐܠܘ ܡܢ ܥܠܡܐ ܗܘܝܬܘܢ ܥܠܡܐ ܠܕܝܠܗ ܪܚܡ ܗܘܐ *si de mundo fuissetis, mundus quod suum est diligeret.*

